



Auf  
d

12

DE  
**INCESTU**  
IN  
**LINEA RECTA,**  
*ADVERSUS*  
**NOVATURIENTIUM**  
**OFFENDICULA**

*Sub Auspiciis Divinis*  
*ET*  
CONSENSU SUMME REV. THEOL. FACULTATIS,  
sobrie ac pie  
ratio cinatur

**JOHANNES JOACHIM**  
**WEIDENERUS,**

S. S. THEOL. D. EJUSDEMQUE P. P. O. FACULTATIS SUÆ  
SENIOR ET AD DIV. MARIE PASTOR.



ROSTOCHII,  
Typis NICOLAI SCHWIGEROVII, Ampliss. Senatus Tipogr.

DE  
HICETO  
AD TIBURCIENI  
CATHARINA  
JOPPIE SÆBIA  
HICETO

DE  
HICETO JOACHIM  
AERDNERUS





## Prospectus Dissertationis.

**P**refamen. LIBERTINISMI  
periculosa divergia, qua  
INCESTUM, quam etiam  
molestius id fiat, sincerissi-  
mè tamen ac strenue sunt in-  
tercipienda.

Tractationis hinc

§ I. INCESTUS exhibit defini-  
tionem.

§ II. Propositum sistit agendi  
de incestu in linea recta.

§ III. Hunc in finem, ex EU-  
SERIO & aliis doget, quod

*conjugia parentum cum liberis  
obtinuerint apud.*

PERSAS; Nec non

§. IV. Inter GRÆCOS, ubi  
PHOENIX, ÆGYPIUS, OE-  
DIPUS & PERIANDER hoc  
scelus defignarunt,

§. V. Præcipue vero MYRRHA,  
quæ referente OVIDIO,  
Patrem ardens, id facinus  
horruit patrandum;

§. VI. Momentum sceleris ag-  
novit & mente territa ac tremu-

lis artibus aggressa est idi-  
psum;

§. VII. Poenas & promeritas  
luit.

§. VIII. Hac occasione HEL-  
MONTIUM ac BOEHMI-  
UM arguit, qui cohabitatio-  
nem Protoplastorum habuerunt.  
STUPRUM, propter ratio-  
nes fanaticas, quas exhibere  
incipit, &

§. IX. X. XI. continuat, ac sub-  
missa origine ac incremento  
hujus absurditatis, vel solum  
recitando refutat, accitis ta-  
men IIS, qui omnium soli-  
dissime has neniae subtilerunt.  
Dehinc vero.

§. XII. MYRRHÆ, quæ non  
fuit CHAMI conjux, fa-  
bulam ex NATALI COMI-  
TE illustrat, & CHAMUM, a  
DN. von der HURDTLENT  
incestu accusatum; sed &

§. XIII. a CALVOERIO & plu-  
ribus vindicatum sifit.

§. XIV. LOTHUM interea  
hujus criminis reum agit, &

§. XV. RUBENEM, ineptias Jn.

daorum abigendo, circellum  
Piska tutando, a causa fla-  
gitii hujus non absolvit. Po-  
stea

§. XVI. KORACHUM a sce-  
lere tali, adversus Iudeos libe-  
rat, eorundemque horridas  
doctrinas antiscripturarias ar-  
guit; THAMAREM vero  
propter hoc teterimum de-  
lictum, nec minus ABSO-  
LOMUM ac alias, cum ince-  
stuoso Corinthio corripit.

§. XVII. porro, incestum SE-  
MIRAMIDIS, XERXIS, AR-  
TAXERXIS II., DARII, O-  
CHI, PTOLOMÆI Philome-  
toris, & ANTIOCHI Soteris  
recenset. Tunc vero

§. XVIII. ex Grecis adhuc me-  
minit ALCINOI & ARE-  
TÆ, DIODOTI & fratribus  
filia. Atque sic inter ROMA-  
NOS adducit incidenter ex  
Sec. I. post Christum natum,  
CLAUDIUM TIBERIUM,  
qui AGRIPPINAM fratribus  
filiam duxit, in Scandalum  
Genit. R. Nec minus.

§. XIX. FLAVIUM DOMITI-  
ANUM

S. XXI,

§. XX. & ex Sec. III. CARA-  
CALLAM, ut tamen eximat  
HELOGABALUM, eo quod  
in thorum adsciverit *Virgi-*  
*nem Vestalem*, incestus æque  
non accusandum, ac LU-  
THERUM ipsum.

§. XXI. His absolutis INCE-  
STUM adversus *Ius Natura-*  
*re* prævaricari docet, quia  
id agnoverint GENTILES &  
quidem privatim PHOE-  
NIX e.c. apud HOMERUM,  
& PLATO

§. XXII. CICERO & PLU-  
TARCHUS; ( Qua occasio-  
ne simul demonstratur, quod  
PERSÆ non semper fuerint in-  
cestos. ) VIRGILIUS &  
CLAUDIUS ipse.

§. XXIII. Quia ulterius Legi-  
bus publicis huic sceleri præ-  
caverunt iidem, quorū sum re-  
ferri debet Lex JULII PAU-  
LI, quæ contra GOTHOFREDUM  
defenditur, in  
subsidium advocate GRO-  
TIO.

§. XXIV. Alia itidem Lex  
PAULI & tertia CAJI, quam  
SCÆVOLA & *Institutiones*

illustrarunt. Quæ quidē testi-  
monia, adversus malitiosos  
homines bene adhiberi, de-  
ciditur ex STOLTERFO-  
TO.

§. XXV. Nec id fuit satis Gen-  
ibus, nam & in Linea col-  
laterali incestum agnove-  
runt & contra talem deci-  
dit CAJUS, PAULUS, UL-  
PIANUS, PAPINIANUS,  
& forte adhuc alii.

§. XXVI. Quamvis & de Fra-  
tris filia ad tempus nil pro-  
hibuerint, postea tamen &  
hoc scelus est impugnatum  
& publicis legibus elimina-  
tum ac solenniori omni  
modo abolitum.

§. XXVII. Hoc tamen INCE-  
STUS immane & detestabilis-  
simum scelus, proh! inter  
CHRISTIANOS defensores  
habet & abs Illustrissimo BA-  
RONE ac Dn. de WOL-  
FÖL, in Academia Le-  
nensi publice defensum ad-  
versus nubem testimoniū, qui  
incestum in linea recta JURI  
NATURÆ adversum adgno-  
verunt.

§. XXIX.

\* (o) \*

citias felicius efficitur; ex AUGUSTINO illustratur.

§. XXXII. Et cum GROTIUS ex minus aut magis utili oppositionem formaverit; clarius docetur, quomodo inter utilia ac inutilia sit verendum?

§. XXXIII. Argumentum tertium, Quia in conjugio incestuoso magna sit etatis disparitas; quod post GROTIUS, PUFENDORFIUS & THOMASIUS spernunt, vindicatur & ex HOHEISELIO absolvitur.

§. XXXIV. Argumentum quartum, Quia diversa nomina & micorum horride confunduntur; ex GROTIUS, BECMANNO, PUFENDORFIO, SANNAZARIO & BERCKENMEIERO confirmatur, & contra DN. THOMASIUM ex SOPHOCLE vindicatur.

§. XXXV. Argumentum quintum, Quia communio sanguinis in incestuosis congressibus repertus detestabilis; rationibus suis

§. XXIX. Modo, quod illud. §. DN. THOMASIUS eundem non JURI NATURÆ, sed LEGI REVELATÆ contrariari, sit opinatus; que quidem ipsius opinatio in pejora omnia ruerit,

XXIX. Hinc ergo argumen- ta fuerunt nobis exquieren- da & de horum indole quid tuum ac licitum sit, perhibe- tur. Sic vero.

§. XXX. Argumentum pri- mum, Quia ipsis affectibus infusa est incestus huius fuga; ex- plicatur ex GROTIUS, BECMANNO, BOECLERO, KULPISIO & HOCHSTETTERO, cum & DN. THOMASIUS receperit se, hoc argumentum impugna- turus, ad illud. DN. PUFEN- DORFIUM & GROTIUM, ex KULPISIO & HERTIO, ipsa oculari inspectione, con- firari, cum probatur.

§. XXXI. Argumentum secun- dum, Quia status nostri emen- datio, non per retroditionem ad stemmata, sed per diffusas affinitates & latius sparsas ami-

suis instruitur & ex DN. J. C. LANGII testimonio asseritur contra DN. THOMASIUM, quod & communi-  
no sanguinis naturalis, mo-  
ralem apud homines effec-  
tum producere possit, de-  
monstratur.

§. XXXVI. Argumentum sex-  
tum, Quia adversus reverentia-  
m, parentibus praestandam pug-  
nat; ex nomine parentum  
honorario, quo DII dicti  
sunt *Gentilibus*, & ex ipsa  
rei natura, teste GROTIO, il-  
lustratur, atque

§. XXXVII. Illustris DN. THO-  
MASII oppositio refellitur.  
Peculiariter &

§. XXXIX. docet, quod Pa-  
rentes se hoc privilegio &  
charaktere abdicare non possint.

§. XXXIX. Argumentum se-  
ptimum, Quia ipse pudor, ve-  
recundia & horror concubitum  
hunc aversabilem designat; ex  
PLATONE & PUFEN-  
DORFIO Commentarium  
habet.

§. XL. Oppositio etiam Thomasi-  
ana generalis, quod Jus Naturæ

*concupiscentiam ignorat*; ex  
SENECA ac GÜNTHERO  
refutatur

§. XLI. specialis itidem illa, de-  
pudore a reverentia non separan-  
da, eliditur per descriptio-  
nem *genuinam pudoris*.

§. XLII. Postque ea consensus  
D. BUDDEI & TITII submit-  
titur. Præcipue vero.

§. XLIII. Illi exceptioni obviam  
itur, quod puta, *incepsus in*  
*linearecta non sit materia Legis*  
*Nature*: Quia nempe Sacer  
Codex etiam doceat, *qua sunt*  
*Juris N. & complementum do-*  
*ctrinale ipsis addat*; Quod  
quidem

§. XLIV. illustratur per simile  
domus reparande;

§. XLV. Per modum demon-  
strandi ea, *qua sunt Juris N.*

§. XLVI. Per Ipsius Juris Na-  
turæ internam & essentia-  
lem constitutionem,

§. XLVII. Per felicissimam de-  
nique praxin.

§. XLIX. excidit numeranti.

§. XLIX.

• • •

testimonia & argumentis claram.

§. LV. Tum vero docetur porro, quod *incestum vetuerit sacer Codex Lev. XIIII. 7. specia-*  
*lier inter PARENTES & LIBEROS;* quem in finem adducuntur elicta argumen-  
tatione DN. D. KLAUSINGII, adversus HOIERUM, In quo etiam

§. LVI. continuatur &

§. LVII. causa nostra adversus DN. THOMASIUM absolvitur.


§. LIX. De reliquis *ascendentibus & descendebus* agitur.

§. LIX. Submissoque testimoniis & consensu, S. Rev. DN. D. FABRICII, &

§. LX. pleniori adhuc rationacione III. DN. de ROHR Disputatio absolvitur.



Prefa-



## PRÆFAMEN.



Væ de Seculo majoris Revelationis hactenus disputata sunt adversus fanaticos; Quæque de problemate: Num mundus hodie peior an melior sit? disceptantur; eadem omnia neque *FANATICIS* neque *INDIFFERENTISTIS* prosumt, quibus potius vividius opponuntur argumenta, ne ad *Enthousiasmum* aut *Atheismum* præcipiti via & in perniciem inevitabilem dilabantur: Modo non *Liberinismus* adeo firmasset alicubi locorum altas & virulentas radices, ut neglectis *Philosophia* & *Scriptura* genuinis dogmatis, ad curiosa, insolita, & alia plane monstrofa deveniantur prius, in iisque singulare ac gloriosum quid aucupentur multi, quam ut necessariis & vere utilibus defungi velint. Hinc ergo omnes, qui veritatem callent & ferales ac noxias hypotheses indagare ac excutere noverunt, non facile glorioli laborabunt, quam si nuditatem errorum develaverint, eosdemque detestatos & repudiandos, graviter significavent, ut habeant deceptores, cuius pudeat, & decepti, a quibz abstrahantur. Multo jure hue trahi potest ac debet caput illud: *De incestu & incestuosis nuptiis*. Si namque in quoipiam causa, secundum aurea Juris Naturæ præcepta & divinissima sancti Codicis dogmata decidendum fuisset, tunc summa certe necessitate, eo quod in his lobriis curis obviam itur facinori, ad quod vel ipsi saniores Ethnici, velut detestatum ac horridum stupuerunt, omniaunque tenacissime advigilandum est

A

divinæ

divinæ veritati, quam DEus, quod ad hanc causam adtinet, ipfis Gentilibus, secundum regulas Juris Naturæ relictam voluit, & ipsa revelatione Sanctissimi Codicis ita quidem corroboravit ac confirmavit, ut, si qui non capiant argumenta, eosdem perrudes & stupidos habere, si vero præfaete adhuc aliqui, & solicitius quidem moniti, capere eadem ac se submittere nolint, eosdem frivulos, imo spurcitie nefandæ protectores declarare debeat, qui DEum timet & pietati genuinæ operam suam navat. Dolendum id interea genus est fatorum, quo suspectissimis etiam hypothesibus obstetricantur ditiones multi, aut suum prolaturi errorem, aut propagaturi eosdem, tam lucri, quam Libertinismi gratia; Quod vero in contrarium propitia veritate contendit, id velut negligitur his, qui solidioribus adsverfieri recusant studiis, (quot siquidem forte reperies, qui genuina Juris Naturæ principia callent, aut studere in eadem cupiunt!) ita obstinatis adversariis ceu absonum, & despiciatui habendum traducitur, quin & typi rarius favent & ne prolixius instituatur discussio, prima Dnn. Bibliopolarum ora clamant. Eleganter suo tempore *Famianus STRADA* typorum corripuit abfum, *Proloſionum Academ. Libr. III. Praelectione l. p. m. 379. s.* Crefcit, inquit, indies magis magisque numerus eorum, qui nostra opera in voluminibus edendis abutuntur. Id vitio porissimum sit vestri generis hominum, qui que nocte somniant, hac mane lucem videre illico gestiunt, occasionemque Iliadum & Aeneidum undique venantur. Nullus hodie mortalium aut nascitur, aut moritur, aut praliatur, aut rusticatur, aut abit peregre, aut reddit, aut nabit, aut est, aut non est, nam etiam mortuo iſi canunt, cui non illi extemplo cudant Epicedia, Genethliaca, Protreptica, Panegyrica, Epithalamia, Vaticinia, Propemotica, Soteria, Parencticia, Nenia, nugas. Nulla est intemperantior hominum natio, nulla adversum nos contumacior: Siquid in versu, quod non rareiter accedit, illis excidit, continuo in nos, pro ea, quam ſibi ſunt mentiendi licentia, confertur abunde culpa. Malum ſerpit quotidie latius; Nos onere opprimimus, nullo (quod caput eſt) opere precio. Edita enim horum pleraque vix in manus hominum veniunt, cum aut explosi jam ante nomen Scriptoris, aut prodigijs vestibulum operis, statim Lectores abſerret; Nosque raro deinceps

(o)

deinceps empore, ad apinas & nugas, ne triebolo quidem venales quo-  
quo possimus modo disrabendas, cogimur male proprata volumina  
alio transferre, ac scombris involucra & tunicas dare, aut in vicum  
deferre

vendentem thus & odores

Et piper & quicquid chartis amicitur ineptis. &c. &c.  
Non indignamur ad calumnias eorum, qui hæc STRADÆ:  
ad schedas Novaturientium applicatu affatim faciles, adversus  
Theologorum sincerissimos aliquando applicant, & effutunt  
labores, sed tamen hi belli & fortis spiritus attendant ad va-  
ticipinium PAULI, quod in nostra tempora directum sequen-  
tia docet: Erat tempus, quando sane doctrina impatientes erant,  
sed juxta concupiscentias proprias: sibi ipsis coacervabant doctores, pru-  
cientes auditu, & a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas au-  
tem convertentur, 2. Tim. IV. 3. 4. Si quod de cætero est in ge-  
nium, quod jura Divina simul ac humana capere mordicus non  
detrectat, id pie obtestatum volumus, ut salutis suæ rationem ha-  
bere congruam incipiat; Reliquorum & conscientiam monitam  
ac tactam cupimus, ne animum omnino deponant, sed sobrie  
ac diligenter Scripturas ac sanam scrutentur Philosophiam,  
sermoque ipsorum sit semper cum gratia saleque conditus, ut sciant,  
quomodo oporteat ipsis unicuique respondere. Col. IV. 6. Périculum  
hujus rei causa fecimus in præsenti Themate, de INCESTU  
IN LINEA RECTA & ejusdem amicam expetimus censuram,  
qui & asperiores ferre didicimus, modo DEUS noster benignis-  
simus ubivis adsit & suo nos tegat clypeo; Fiat id per vulne-  
ra JESU! Amen!

---

## TRACTATIO.

S. I.

**D**E INCESTU & incestuosis mptiis tractaturis nobis,  
nostri nunc non ducitur fori, ut Criticorum, qua de-  
rivationem vocis, retro scrutemur labores; sive e-  
nim ad ἀνέρεσον & incurabile ac deploratum vulnus,  
A 2 facinus

facinus & fatum reflectant; sive ad *nesōn* seu acupictum sponsarum se receperint cingulum, quod non nisi sponso solvendum; sive denique simpliciter exposuerint per incastum, definitio tamen ipsa se vindicabit sibi met. Est namque *INCESTUS lascivum facinus & libidinosa cohabitatio, qua committitur cum iis, cum quibus aliquoquin illicitum, & legem tam juris Naturae, quam Revelationis vetitum est matrimonium.*

## S. II.

Non argumenta, & Juris Naturae, & Bibliorum examinatur sumus, antequam tradita gentilium exhibuerimus; Aliquando enim Exempla ac facta multum illustrationis dant, unde ad regulam felicior reditus porrigitur. Hinc itaque & primo maxime loco, De *INCESTU*, strictius sic dicto & in linea recta ac directe descendenti patrato, antiqua gentium dictoria & Exempla, quae quidem prostant in Scriptis Ethnicorum, indagaturi sumus, ut deinde collateralis etiam spurcicie, justam habere rationem aliquando possimus.

## S. III.

Quod itaque ad *INCESTUM* in linea descendientium recta adtinet, tunc generation non inficiamus, fuisse inter gentes, brutas istiusmodi animas & execrables homunciones, qui veluti spurcitem quamcumque, ita etiam istam, & turpitudine sua insignem ac primariam admiserint & commiserint; Ita quidem EUSEBIUS, *Prep. Evang. Libr. VI. Cap. X. 275. C. ex BARDE-* SANE fati vanitatem coarguiturus, sequentia hujus Auctoris refert: *Apud persas lex erat, qua non filias tantum aut sorores, sed ipsas quoque matres secum matrimonio jungere licebat. Nec in ea regione tantum, eave duntaxat in climate, incestas illas Persas nupias contrahebant; sed etiam quorquot eorum e Perside alio commigrarunt, quos Magus eos vocant, iisdem flagitiis obstricti manent, posteaque suis hereditario quasi jure leges & consuetudines easdem relinquunt. Atque huius nationis plurimi etiamnum, in Media, Egypto, Phrygia, Galatia reperiuntur.* Adjicit Franciscus VIGERUS, in Notis suis: *Has Persarum αἴρητοι Εἰς plurimorum scriptorum auctoritate damnat Brissoni, in eruditio de Persis commentario. Theodoretus l. 9. de Gracor. affectionibus p. 128. Zaradane impiarum legum*

( o )

legum auctorem facit, quem Plato, ni fallor, Zarasdam alicubi nomenat. Casarius loco cit. Chaldaic & Babylonis idem scelus tribuit, μητροφαρμένοι αδελφοφθόρειν, καὶ τεις σφῶν παισιν ἐπικαίνεοδας. Theophylus ad Autolicum. l. 3 p. 144. tom. I. Biblioth. Par. Gracol. Epicurum & Stoicos ejusdem flagitiros agit, επίκυρος δὲ καὶ αὐτὸς, inquit, οὐ τῷ αἰθέρτῳ διδασκειν, συμβολένει καὶ μητράσι, καὶ αδελφάσι συμμίγνυσθαι, καὶ πέρα τὸν νόμων τῶν τεττοκαλυντῶν. Et Paulo post: πρὸς τὸν Επίκυρον, οὐδὲ οἱ στῶικοι δογματίζεσσιν, αδελφοκούσιας, οὐδὲ ρενθασίας επιτελεῖσθαι; εἰς ὦν διδασκαλιῶν μεσάς Βιβλοθήκας εποίουσαν. Similia doctissimus Tiraquellus affatim persequitur, ad leg. 7. Connubial, carptim autem ad Genial. dier. L. I. c. 2. & 24. Eadem ex CATULLO, XANTHO, CLEMENTE Alexandrino & CLEMENTE Romano illustrat DN. MAJUS. Observ. Sacrarum Libr. I. ad I. Cor. V. 1. p. 140. s. Addatur PUFENDORFIUS. De Jure N & G. Libr. VI Cap. I. §. XV. p. 818. s.

§. IV.

Nec tamen gangrena horridi hujus facinoris inter exhibitos contineri potuit, sed & inter GRÆCOS virus suum di-  
visit, Ita de PHENICE, AMYNTHORIS, (qui Rex fuit  
Dolopum in Epyro,) filio refert HOMERUS, Iliad I. vers 450.  
f. quod cum pellice patris rem habuerit, sed tamen ex APOL-  
LODORO & HYGINO rectius docet DN. BUDDEUS, In  
allgemeinen Historischen Lexico, quod a Clythia pellice falso  
insimulatus hujus sceleris & oculis propterea a parente pri-  
vatus sit, ut tamen per Centaurum Chironem Medicum sanitati  
ac visui restitutus, ACHILLIS Moderator extiterit, & post  
occupatam Trojam, PELEI, (quem Achilles patrem habuit)  
gratia, Rex Dolopum extiterit. Alias ANTONINUS Libera-  
lis, de quo recte judicat G. I. VOSSIUS. De Hisor. Grac. Libr.  
III. p. 326. quod in collectaneis Metamorphoseon nil habeat,  
quod historicum, nisi quatenus historia subest, Fabula V. refert,  
Ægyptium hoc scelus horrendum patavisse, invictum tamen;  
et fabu-  
la XXXIV. recenset, Smynam cum Patre Thejanto, inscio tamen,  
concubuisse, illamque max paenituisse, ac paenas dedisse. Neque dimit-  
ti debet OEDIPUS, LAGI Thebanorum Regis & JOCA-

STAË filius , propter fatale Oraculi responsum' , in montem Cytheron abjectus , ibi vero inventus & ad aulam POLYBII Regis Corinthiaci , latus ac educatus , qui cum postea Thebas rediret & Patre suo interfecto , foscram matrem depirere , cognito deinde facinore , quod inscius designaverat , adeo perterritus fuit , ut Regia se abdicaret dignitate & semet ipsum oculis suis privaret , quos indignos habuit , ut solem adspicerent . Vid . DIODORUS . Bibliotheca Libr . I . & STATIUS . Libr III . Thebaidos . Adde hoc facinus stylo ignoti Poëte , in Thebaide & his verbis peroratum .

*Quid tam inextricabile ?*

*Avi gener , Paerisque rivalis fai ,  
Frater suorum liberum & fratrū parens ,  
Una avia partu liberos peperit viro ,  
At sibi nepotes , monstra quis tanta explicet .*

Sed & notandus est PERIANDFR , Tyrannus Corinthiorum , quem agre septem Græcia SAPIENTUM ordini adscriptum vidimus , conf . DN . D . BUDDÆO . Ethicam Periandri . § . III . s . De hoc etenim non solum HERODOTUS . Libro V . retulit , quod ille cum *Melissa* , alias LYSIDE , & uxore sua jam defuncta coiverit ; Sed & DIogenes LAERTIUS . de Vir . Philosopho . Libr . I . in PERIANDRO . p . m . 61 . hæc reliquit : ARISTYPPUS : in primo de antiquis deliciis libro , hæc de illo refert : Matrem ejus CRATEAM , illius amore ferventem , clam congregati solitam , illo non invito tantoque flagitio acquisiente . *Quod ubi cognitum est , dolens se fuisse deprehensum , gravius jam civibus instabat .*

s . V .

Principue vero hic etiam meminisse juvat MYRRHÆ , CINYRÆ Regis Cypri Filiae , in qua lascivus alias OVIDIUS & enormiter petulans , exemplum non tam poeseos illustris , quam ad conscientiam traducti metus & horroris , omnium , acutissime exhibuit . Ita namque MYRRHAM Patrem procacius ardenter & sceleris intenti obscenitate consternataam introducit . Libr . X . Metamorphoseon : a Vers . 320 .

*Quo mente feror ? Quid molior ? inquit ,  
Dii precer & pietas , sacra que jura parentium ,*

Hæc

Hoc prohibete nefas, scelerique resistite nostro;  
 Si tamen hoc scelus est: Sed enim damnare negatur  
 Hanc venerem pietas; coenitque animalia nullo  
 Cetera delicto, nec habetur turpe iuvencia.  
 Ferre patrem tergo, Sit equo sua filia conjux,  
 Quasque creavit init pecudes caper, ipsaque cuius  
 Semine concepta est, ex illo concipi ales.  
 Felices quibus ista licent, humana malignas  
 Cura dedit leges, & quod natura remittit,  
 Invida jura negant. Gentes tamen esse feruntur;  
 In quibus & nato genitrix, & nata Parentis  
 Jungitur, & pietas geminato crescit amore.  
 Me miseram, quod non nasci mihi contigit illuc!  
 Fortunaque loci ledor! Quid in ista revolvor?  
 Spes interditta discedit: Dignus amari  
 Ille, sed ut Pater, est. Ergo si filia magni  
 Non esse Cinyra, Cinyra concubere possem;  
 Nunc quia jam meus est, non est meus; ipsaque damno  
 Est mihi proximitas: Alienam potentior essem.

## §. VI.

Sed fluctuantem haec tenus & pessime ratiocinantem, num  
 porro sifist semet ipsam corrigentem & secundum conscientiam suam semet accusantem, a versu 34.

Ire libet procul hinc, patriaque relinquere fines,  
 Dum scelus effugiam, Retinet malas ardor amantes.  
 Ut praesens spectem Cinyram, tangamque loquarque.  
 Osculaque admoveam, si nil conceditur ultra.  
 Ultra autem sperare aliquid potes impia virgo?  
 Nec quod confundas & jura, & nomina sentis?  
 Tunc eris & matris pellex, & adultera Patris?  
 Tunc soror nati? genitrixque vocabere fratri?  
 Nec metuis sacro crinitas angus sorores,  
 Quas facibus saxis oculos atque ora perentes  
 Noxia corda vident? At tu, dum corpore non es  
 Passa nefas, animo ne conciye: Neve parentis

Concupisces

*Concubitu verito, natura pollue fœdus.*

*Velle puta, res ipsa vetat; pius ille, memorque est Moris:*

Quamvis & sceleris non pertæsa, omnis pudoris cancellos,  
perditissimæ lenæ instinctu, perfregerit & facinus ipsum adi-  
re ausa fuerit, videri tamen meretur, quid gentilis ille &  
spurcus in Venere homo, scriplerit de accessu? Versu namque  
443. s. ita pergit:

*Infelix non toto pectore sensit*

*Latitiam virgo, presagaque pectora moerent,*

*Sed tamen & gaudet: Tanta est discordia mentis.*

*Tempus erat, quo cuncta silent, interque Triones*

*Flexerat obliquo plaustrum temone Bestes.*

*Ad facinus venit illa suum, fugit aurea cœlo*

*Luna, tegunt nigra latitanus sydera nubes,*

*Nox care igne suo: primus tegis Icare vultus,*

*Erigo neque pio lacrata parentis amore.*

*Ter pedis offensi signo est revocata: Ter omen*

*Funereus bubo lethali carmine fecit.*

*It tamen, & tenebram inuunt, noxque atra pudorem:*

*Nutricisque manum lava tenet; altera motu*

*Secum iter explorat. Thalami jam limina tangit,*

*Jamque fores aperit, jam ducitur intus: At illi*

*Poplite succiduo genua intremuere, fugitque,*

*Et color, & sanguis animusque reliquit euntem.*

*Quoque suo propior sceleri est, magis, horret & aust*

*Pœnitet: & vellet non cognita posse reverti.*

### §. VII.

Tandem & dirissimi sceleris adhuc tristius memorat di-  
scrimen & parentis, quem fefellerat MYRRHA incestuosa,  
justissimam indignationem ac punitionem simul exprimit. Sic  
namque porro a vers. 469. Fatur Vates.

*Plena Patis thalamis excedit, & impia dizo*

*Semina fert utero, conceptaque Crimina portat.*

*Postera nox facinus geminat: Nec finis in illa est.*

*Cum tandem Cinyras avidus cognoscere amantem*

*Post tot concubitus illato lumine vidit.*

Et

Et scelus, & natam, verbisque dolore retentis,  
 Pendentii nitidum vagina deripit ensim.  
 Myrrha fugit, tenebrisque & cœcamunere noctis  
 Intercepta neci est, latosque vagata per agros,  
 Palmiferos Arabas, Panachaque rura reliquit.  
 Perque novem erravit redentis cornua lune.  
 Cum tandem terra requievit fessa Sabæa,  
 Vixque uteri portabat onus, tum nescia voti,  
 Arque inter mortisque metus, & tadia vita,  
 Est tales complexa preces: O si qua patetis  
 Numina confessi, merni; nec triste recuso  
 Supplicium: Sed, ne violem vivosque superstes.  
 Mortuaque extictos, ambobus pellite regnis,  
 Mutateque mihi vitamque necemque negate.  
 Numen confessi aliquod patet: Ultima certe  
 Vota suos habuere Deos: Nam crux loquentis  
 Terra supervenit, ruptosque obliqua per unguis  
 Porrigitur radix, longi firmamina truncis,  
 Offaque robur agunt, mediaque manente medulla  
 Sanguis it in succos, in magnos brachia ramos,  
 In parvos digiti, duratur cortice pellis.  
 Jamque gravem crescens eternum præcinxerat arbor  
 Peltoraque obruerat, collumque operire parabat.  
 Non tulit illa moram, venientique obvia ligne  
 Subsedit, mersisque suos in cortice vultus.  
 Qua quanquam amisit veteres cum corpore sensus.  
 Flet tamen & tepida manant ex arbore guttae:  
 Est honor & lacrymis, stillataque cortice myrrha  
 Nomen herile tenet nulloque tacebitur evo.

## §. VIII.

Simulac ad historiam promiscuam, hujus rei causa, ap-  
 plicuimus meditationem, obvenit, quod HELMONTIUS in  
 Tractatu, quem THESIN inscripsit, cohabitationem Protoplasta-  
 rum STUPRUM fuisse, sit convictatus, ut & causam hujus ca-  
 lumniae habeamus, tandem perorat BOEHMIUS, in Mysterio  
 Magno. Cap. XIII. §. II. s. p. m. 104. s. Adam inquit, war ein

Mann, und auch ein Weib, und doch der kleinen, sondern eine Jungfrau, voller Keuschheit, Zucht und Reinigkeit, als das Bild Gottes: Er hatte beyde Tincturen vom Feuer und Lichte in sich, in welcher Conjunction die eigene Liebe, als das Jungfräuliche Centrum stand, als der schöne Paradiesische Rosen- und Lust-Garten, darinnen er sich selber liebte: Als wir denn in der Auferstehung der Todten dergleichen seyn werden, wie uns Christus *Math. XIII. 43. und XXII. 30.* saget: das wir uns weder freyen, noch freyen werden lassen, sondern gleich sind den Engeln Gottes. Ein solcher Mensch als Adam vor seiner Heva war, soll auftreten, und das Paradies wieder einnehmen, und ewig besitzen, nicht ein Mann oder Frau, sondern wie die Schrift saget: Sie sind Jungfrauen und folgen Gott und dem Lamm; Sie sind gleich den Engeln Gottes, aber nicht allein pur Geist als die Engel, sondern in himmlischen Leibern, in welchen der geistliche engelische Leib innen wohnet. Adjicit & S. 5. 1. Hätte ihn GOTT in das irdische, zerbrechliche, elende, nackte, fränkle, viehische, mißselige Leben geschaffen gehabt, so hätte Er ihn nicht ins Paradies bracht: Hätte er die viehische Schwangerung und Fortpflanzung begehret, so hätte Er bald im Anfange Mann und Weib geschaffen, und wären die zwey Geschlechte im Verbo Fiat, in die Theilung der zwey Tincturen gegangen, wie bey andern irdischen Creaturen. Eine jede Creatur bringt sein Kleid von Mutter-Leibe, der Mensch aber kommt elend, nackend und blos in höchster Armut und Unvermögenheit, und vermag nichts, und ist in seiner Ankunft zu dieser Welt die allerärteste und elendeste, verlassne Creatur unter allen Geschlechten, der ihm gar nichts helfen kan; welches uns grug andeutet, daß Er nicht in dß Elend sey von GOTT geschaffen worden, sondern in seiner Vollkommenheit, wie auch alle andere Creaturen, welche der allererste Mensch durch falsche Lust verscherzte, da ihn GOTT hernach in seinem Schlaff erst zum natürl. Leben, in Mann und Weib, nach aller irdischen Creaturen Eigenschaft im äußern Fiat figurirte, und ihm den Madensack mit den thierischen Gliedern zur Fortpflanzung anhing, dessen sich die arme Seele noch heute schämet, daß sie muß eine thierische Form am Leibe tragen. Deinde S. 7. garrit: Zwei fixe und beständige Wesen waren in Adam, als der geistli-

he

Leib von der Liebe Wesenheit des innern Himmels, welcher  
GODES Tempel war; Und der aussere Leib, als der Limus der  
Erden, welcher des innern geistlichen Leibes Gehause und Wohn-Haus  
war, welcher in keinerley Wege nach der Eitelkeit der Erden offens-  
bahr war. S. 8. vero addit: Dieselbige zweyerley Wesen, als  
das innere Himmelsche und das aussere Himmelsche waren in einan-  
der vermählt, und in ein Corpus gefasset, darinnen war die hoch-  
heilige Tinctur vom göttlichen Feuer und Lichte, als die grosse  
freudenreiche Liebe-Begierde, welche das Wesen angindet, das die  
zweyerley Wesen einander ganz inbrustig in der Liebe-Begierde be-  
gehrten und sich liebten; das innere liebete das aussere als seine Offen-  
bahrung und Empfindlichkeit, und das aussere liebete das innere, als sei-  
ne grösste Süffigkeit und Freuden-Reich, seine edele Perle und aller-  
liebstie Gemahlin, und waren doch nicht zwey Leiber, sonder nur ei-  
ner, aber zweyerley Essentz, als eine innere himmelsche, heilige, und  
eine aus der Zeit Wesen, welche mit einander in ein ewiges vermaßt  
let waren.

## §. IX.

Per horum igitur unionem, ipsam propagationem ge-  
neris humani futuram fuisse porro singit S. 9, pergit nam-  
que: In dieser feurischen Liebe-Begierde stand die Magische  
Schwangerung und Geburth, denn die Tinctur drang durch beyde  
Essentien, durch di innere und aussere, und erweckte die Begierde;  
Und die Begierde war das Fiat, das die Liebe-Lust fassete, und in eine  
Substantz brachte: Also war die Gleichheit des Ebenbildes in  
dieser Substantz gefasset, als ein geistlich Bild nach dem ersten.  
Gleichwie das Fiat hatte das erste Bild, als Adam gefasset und  
geformet: Also ward auch die Gleichheit aus dem ersten zur Fort-  
pflanzung gefasset, und in dieser Fassung war auch alsebade die  
Magische Geburth, da in der Geburth der geistliche Leib äußerlich  
ward. Et ut constaret processus quare nunc Conjugium cau-  
tas habeat socias & duas quidem personas, hinc Cap.XIX. §. 2.  
scribit: Wie befinden, daß das Weib sey aus Adams Essentz,  
aus Leib und Seele im Fiat gefasset und geformet worden. Et S.  
3. sic progreditur: Als Adam in seinem Hunger nach Irrdigkeit  
stand, so impresset Er ihm durch seine Magische oder Magnetische  
Kraft

Kraft die Eitelkeit Böses und Gutes, in sein schönes Bild ein, davon das himmlische Bild von der Englischen Welt Wesen verblieblich, gleich als wie man andere Materie in eine Kerzen einführet, daraus das Licht brennet und scheinet, davon es dunkel wird, und endlich gar verlischet: Also ging es auch Adam, denn Er führte seinen Willen und Begierde von GODDE in die Selheit und Eitelkeit, und brach sich von GODDE abe, als von der göttlichen Harmonie. Postea EVAM S. 8. describit: Eva ist das rechte Magische Kind, denn sie ist die Matrix in welcher die Liebe-Begierde in Adam stundt, als die Magische Schwangerung und Geburt: Sie war Adams Paradiesischer Rosen-Garten in eigener Liebe, darinnen er sich selber siebte, den in denn Conjunction der zwey Tincturen war die Gaffung der Magischen Schwangerung oder Menschwerdung oder göttlichen Bildung der Fortpflanzung. (S. 10.) Aber Adam führte mit seiner Imagination Freidigkeit und Eitelkeit darin, als Eigen-Willen. So verblieb das heilig Theil in dieser Matrix als Veneris Begierde, welches das Göttliche Centrum in der Menschheit war, als das geoffenbahrte liebe Wort im Bilde Gottes, darum gebahr Eva aus demselben fremden in die Matricem eingeführten Willen, zum erstenmahl einen eigenwilligen hoffärtigen Mörder; Denn Adam hatte mit seiner Imagination dieselbe Eitelkeit, so wohl auch des Teufels-Begierde, eingeführet.

## S. X.

Et haec singula confirmat plenius S. 18. absolvens horrida sua his quidem verbis: Allie, Als die Matrix der Gebährerin von Adam genommen war, ward das Weib in aller Gestalt mit solchen Gliedern zur Fortpflanzung gesormiret, als sie noch heute ist, so wohl auch Adam. Denn zworhin, als Adam Mann und Weib war, durftte Er der Glieder keines, denn seine Geburt war Magisch, seine Schwangerung wäre in der Matrice schwebende, durch Imagination geschehen, denn das Verbum Fiat war in ihm offenbahr. Und an Statt der weiblichen Matrix, ward Adam der Thierische Madensack der Därmen angehänget, neben anderer Formung der innern principal Glieder zum ierdischen Leben; So wohl auch dem Weibe, an Statt des Himmelschen limb, ward ihr dergleichen Maden-Sack angehänget, das sie doch mögten

(o)

ten einen Haussen Eitelkeit einsacken können, und den Thieren gleich leben, weil Sie gar so sehr nach böse und gut lüfterten.

Cum itaque HELMONTIUS eandem sibi sumperit ideam de EVA in statu integratatis, quam BOEHMIUS de ADAMO presupposuit, expresse siquidem scribit; Quod *Eva* ante *lapsum suus* fuisse conceputa proles, non quidem ex copula carnali, ac brutorum more, neque ex concupiscentia carnis, aut voluntate *Viri*, sed ex DEO, sive ex obumbratione solius Spiritus S, per modum, quo concepta est & nata humanitas, in qua & per quam regenerari oportet omnes salvandos, id est manente maris virginitate integra & utero clauso, peperisse absque dolore, fueritque *Eva* constituta supra virum. Hinc de conjugio lana amplius docere non potuit, & propterea, in *Tractatu:* von dem Eingang des Gemüthes in seine Natur, sic rationatus est: Denn in dem Augenblick, da der Mensch in sich selbsten den Samen zu Fortpflanzung seines Geschlechtes entworfen, hat Er eben damit den Ursprung der sterblichen Seelen verursacht, darinnen das Gemüthe gleichsam eingewickelt und bedeckt wäre, damit sie den ganzen Dienst des Leibes auf sich nehme. Denn der Schöpfer hatte sich schon in der Natur verbunden, denen Saamen der Tiere, daß so oft die Saamen der sinnlichen Dinge zum Zweck ihrer Vermehrung kämen, so wolle Er selbsten als ein Vater solcher Licher in solche Saamen gehöriger Massen mit einfließen. Dieweil denn die Schwächung der *Eva* immersort bis auf das Ende der Welt in Fortpflanzung derer Nachkommen continuiren wird; so nennt man unter andern Sünden dieses billig die uhrsprüngliche oder Erb-Sünde, nemlich die Sünde der verachteten väterlichen Vermahnung und natürlichen Übertretung, welche durch die fleischliche und fast viechische Zeugung eine Unreinigkeit worden ist; Daher der Mensch, der aus dem Wissen der Begierde des Fleisches gesetzt ist, nothwendig den Tod in dem Fleisch der Sünden allegeit erndet. Die Erfahrung aber des Guten und Bösen, welche GOD in dem ersten Verbot eingesetzt hatte, hielte sich die Lust des Fleisches, das ist die heimliche verbotene Vermischung, die dem Stande der Unschuld gerade entgegen war, welcher Stand nicht in einer so viechischen Dummheit bestund.

Tandem post pauca hypothesin suam absolvit: Durch die Sünde hat der Mensch nicht weniger Gottes Absicht, als dessen Schluss und Befehl gebrochen, dahero die menschliche Natur in ihrer Wurzel verderbet ist, weil eine andere und fast vichische Fortpflanzung erfolget, die des ewigen Lebens in sich selbst unfähig ist. Deswegen musste nun das Evangelium die Abthnung der Erb-Sünde mit einschliessen, wie auch aller anderen Sünden, die aus der Verderbnis herfliessen. Da nun der Mensch hinsühro nicht mehr aus Gott, sondern aus dem Gebüth der Geschlechte, aus dem Willen des Fleisches und des Mannes nur natürliche gebohren werden sollte: Gleichwohl aber sein Leib aus seiner eigenen Macht nicht zur vorigen würde wieder kommen, vielweniger gar auffhören konte: damit er wiederumb auffs neue, und zwar anders zu seyn anfinge. Deswegen ist uns nun eine herrliche Botschaft verkündigt worden, daß eine Tauffe gegeben sey zur Vergebung der Sünden, dadurch der Mensch aus Wasser und dem heiligen Geist also wiedergebohren würde, damit seine Söhne als durch eine neue Geburt auffs neue gezeugt, und der unbefleckten Menschheit ihrer Erlösers Christi, die durch den heiligen Geist gebildet worden, theilhaftig würde. Welche neue Geburth denn die Seele in den vorigen Stand der Unschuld wiederbringet, und zugleich die Sünde ganz wegnimmt. Has haec nus & vere nugaces hypotheses plenius exhibere voluiimus, ut multi, qui *Santulos* iſtos, imo *Fanaticos* quoscunque palpant, tetras & ἄτην γραφής οὐλόγη sparſas neniaſ metuere ac stupore occupiant; Non enim ex *Sанcto Codice*, Norma illa unica ac consummatissima credendorum, hæc de conjugio Protoplastarum & omni nostro, hausta sunt, sed ex *Manicheismo* ac *Platonismo* ejuscemodi errores subleſte propagati sunt, donec inter *Marcionitas*, *Priscillianistas*, *Tatianos* & *Encratitas* atque porro inter *Weigelianos* & *fanaticos*, tam crassiores, quam subtiliores, umbras denuo acceperunt & perfidatamina; In quo quidem omni nec ad *BURIGNONIAM*, nec ad *POIRETUM*, nec ad *squalidum ARNOLDUM*, aut infilem *DIPPELIUM*, quis tuto recipere se poterit, qui veritatem revelatam non prodere mavult quam tueri; Palmas

mas potius dabunt Ipsi Veritati Revelata religiosiores  
quicunque & venerabuntur operas Doctorum , qui  
jugulum decernere his ineptiis non adeo moliti aut conati  
sunt, quam sollicitius & solidissime fatererunt. Manent si-  
quidem propter hæc in benedictione nomina LUTHERI,  
GERHARDI, OSIANDRI, MAYERI, PFEIFFERI, SCHEL-  
GUIGII, FECHTII, COLBERGII, JÆGERI, BUCHERI,  
CYPRIANI, NEUMANNI, LOESCHERI, SCHROERI,  
KRAKEVIZII, CHLADENII, ÆPINI, LUDOVICI & in-  
numerorum.

## §. XII.

Sed ut redeamus ad cepta, dum indagare incestuosos in-  
tendimus , id tamen reperire non potuimus , cur aliqui  
MYRRHAM superius memoratam, CHAMI maledicti conju-  
gem habere voluerint? Potius ex NATALI COMITE. Myr-  
hem. Libr. V. p. m. 532. adhuc adjicio sequentia: Fabulati sunt ma-  
trem Adonis in arbore ob pudorem. converti optasse, quia quod  
concupisset cum Patre, hominum conspectum devitare cuperet, quod  
ad mulierem cupiditatem pertinet, nam hominum fabulas magis  
ad mores, Deorum ad physicas rationes spectare diximus, hoc autem  
qua sit flagitiorum & libidinum conscientia declarat, quanto pereque  
vel metu vel pudore ante allorum scelerum scelerari, conscientiaque  
exagitentur: Et qualia sint mortalium vota, cum quod parum ho-  
nestum a Diis impetrare contendimus, nam qui votorum compotes  
facti fuerunt aliquando, sum demum intelligent, quam absurdum, vel turpi-  
um, vel damno, vel iniqua emperire! qua antequam consequerentur, se  
infelices & miseros exclamabant. Quam vere interim Chami con-  
jux non artit incestuose parentem suum, tam curate exami-  
nanda est hypothesis Celebratissimi DN von der Hardten/  
Is ergo in Rabbinicis & haebrea literatura versatissimus Vir,  
venit in sententiam istam, ac si Chamus viderit nuditatem Pa-  
tris, hoc est, vim thorou Patrio intulerit, matre aut noverca viola-  
to. Argumento usus est, ut hanc hypothesis palliaret, quia  
Levit. XIX. 6. revelare nuditatem idem sit ac concubere &  
cohabitare cum quapiam ibidemque verlu 7. f. nuditas Patris,  
matris, fratris, hoc sensu accipiatur, id quod ex Levitic XX.

v. II. I. plenius confirmate voluit. Vid. Ejusdem *Ephemerides Philologica. Discursus II.* p. 47. f.

§. XIII.

Huic speciosius exornatae opinioni se opposuit DN. C. CALVOERIUS, *Superintendens Zellerfeldensis*, & in *Gloria Mosis p. 246. f.* probavit, quod videre nuditatem Patris non sit idem ac revelare nuditatem Patris & quod inter retegere seipsum & retegere nuditatem alterius, magna sit differentia, id quod ex locis Exod. XX. 23. 2. Sam. VI. 20. & ex opposito, dum fratres texerunt Patrem, qui se propria culpa retexerat, Gen. IX. 23. abunde confirmat. Deinde Textui Sacro tenacius inhæret: Et videt nuditatem Patris, adjiciens vocabulum פָּרָעָה non semper denotare nuditatem alienam, sive aliam ab eo, cuius nuditas dicitur, quo quidem modo in ipsis MOSIS verbis Lev. XIX. nuditas matris, uxoris, Patris, Sororis, neptis, filii, uxoris Patris, fororis Patris, fororis matris, uxoris patrii, nurus, uxor fratri, fororis uxor, fœminæ menstruatae &c, quarum nuditatem retegere prohibemur, non sit nuditas alia, aut carnis propinquæ, sed sit illarum ipsarum nuditas, quas tangere vetamur; adjiciens Lev. XX. 17. Cum & DN. V. D. HARDT se receperat ad locum Lev. XX. 17. ubi plenam phrasin, *videre nuditatem*, invenerit; Tunc DN. CALVOER judicissime monstrat, quam horride hæc cohærent, ita siquidem paraphrasin format p. 249. Is qui accipiens fororem suam viderit nuditatem ejus, h. e. thorum ejus violaverit, maritum ejus irreligiose attingendo; Aut vicissim illa viderit nuditatem fratri, h. e. thorum fratri corruperit, illicite cum uxore ejus confuscendo, probrum esto; Eoque manifestum esse docet, Mosen hic prohibere consuetudinem irreligiosam fratum ac fororum aut etiam corundem conjugia. Post ea Textum sacrum adcurate vindicat, & momenta ejusdem tam terfe ac graviter enucleat, ut incestum Chami cum noverca ratum, habere non potuerimus, qui alias in generatione Canaanis horridum quid diu præsumpsimus, quod tamen cum in Bibliis non sit expressum, tacere nos oportuit. Conferri alias post CALOVIUM, BURMANNUM, CLERICUM, GRU-  
NEBER-

NEBERGIUM, MAJUM, legi alias meretur M. OLEARII Disser-  
tatio: de Chamo maledicto, Anno 1707. M. Aprili habita.

## §. XIV.

Ebrietatis in honestum & dedecorum vitium, veluti NOACHUM abripiuit, ut semet retegeret & turpitudinem suam viderit scurra ac irrisor Chamus; ita ad majus & detestissimum incestus crimen illexit & rapuit LOTUM, inebriatus etenim eo insanæ delapsus est, ut primogenita cubuerit cum ipso, & facinus istud imitata sit minor. Gen. XIX. 31. & quod dolorosum est, in tetro hoc lascivæ capite non confundavit, quid egerit aut egisset? atque sic sine vera ac seria criminis agnitione, non modo una, sed & iterata vice deliquerit. Sic enim sumitur in re gravi vox יְהוָה, quem in finem conseratur Ps. XC. ii. & Cohel. III. 21. Itaque feliciter ac sine ullo dubio & clarissima & litera reprimitur, quicquid in hunc Textum a petulantibus Scripturæ fugillatoribus dici solet ac objici, patetque ex eo etiam luculentius, enormitas vitii hujus, Spiritum S. ita contrastantis, ut ne verbum amplius historice de LOTO addere, nec mentionem ejus, vel vitæ ulterioris, vel mortis facere voluerit, quandoquidem inimicis DEI blasphemiae ansa, hoc modo, suppeditata ab ipso fuerat, id quod DEUS quam gravissime ferre solet. Vid. Magnus Exegeta & Desideratissimus omnibus DN. D. GRUNEBERGIUS, in Disputatione Theologica: *De Peccatis Herorum fidei eminentibus*, §. XXIV. p. 46. Nec opus est propter ebrietatem LOTI, ut statuamus, quod non fuerit *aperitus incestus*, sed tamen horrenda scortatio. Vid. FRANC. DORNAU. in den 30. *Gewissent-Sagen auff den Beyschlaß Lots*, non enim existimandum est, Lotum usque adeo a filiabus inebriatum esse, ut quid ageret prorsus nesciret, quomodo ad venerem ineptus factus esset; sed sic consiliis initis furiosa fornicariæ, senem potu incenderunt, ut hilarior factus ad venerem esset propensior, & cum forte alias more Orientalium, aquam biberet, aut vinum aquadilutum & paucum, nunc ei merum ac temetum fortius largiter propinavit, ut insanire cum istis inciperet. Conf. CLERICUS. ad loc. cit.

Nec modo Parentis, sed & Filii incestum recentuit Scriptura. Factum, siquidem, est, cum habitaret Israël in terra ista, (ultra turrim Eder scilicet) ut abiret Ruben, & cubaret cum Bilha, pellice Paris sui: Audivitque Israël. Gen. XXX. 22. Deridiculum hic est commentum Rabbinorum, quod in omni suo fatuo nexu exhibuit ILL. DN. J. F. BREITHAUPUS. In R. Salomonis Jarchi Commentario Hebr. in Quinque Libr. Moysi ad I. cit. p. 286, & his quidem verbis: Quoniam (Ruben) disturbaverat cubile ejus (Jacobi,) ideo imputat ei Scriptura, ac si ipse cum Bilha dormivisset; Sed cur disturbavit ac prophanavit stratum ejus? Nempe, postquam obierat Rachel, Jacobus tulit leatum suum, qui continuo in Rachelis tentorio; non vero in ceteris tabernaculis positus erat, eumque collocavit in tentorio Bilha, venit (itaque) Ruben atque ultius est contumeliam matris sue, dixerat (enim:) Si foror matris mee (Leó) fuit emula marris mee, num etiam materterea mee ancilla erit emula matris mee? Quocirca turbavit (ac disjecit thorum paternum.) Et adjecit ibidem verba Celeb. WAGENSEILII n. 38 quando scripsit: Sic Judei nebulas obducere Soli & adeo cundem pernitus obfuscare conantur, dum persuadere satagunt, Rubenem nullum minus, quam illiciti concubitus peccatum, perpetrasse, scilicet tam nequam Scripturae corruptores sunt Judai, ut, quae in ea pie facta leguntur, ipsi pessime saepe calumniantur; contra vitia turpissima in virtutis evehant, prout animo illorum est collibitum. Nec audiri, qua hunc Textum debent, qui dum adjectus sit circellus Piska, cum AINSWORTHO, CLERICO & aliis apinati sunt, hic aliqua deesse; Is siquidem circellus potius judicat, Materialem esse notam, ut repetitione non egeat, vel non sit vulganda. Vid. Fruditissimus DN. M. HERM. TARNOVIUS. in Grammatica Hebraeo-Biblica, p. 245. Non opus ergo tuisset, ut in LXX, Int. translatione adderetur: οὐ πονηρὸν ἐΦάνη ἐναντιον αὐτῷ, quasi legerint, aut legendum in Codicis sui lacuna censuerint: יְהוָה, aut יְהוָה בָּשָׂר ו malum fuit in oculis ejus, ut Gen. XXI. II. Ipse siquidem Textus est satis clarus, & quam indignabunde audierit & acceperit JACOBUS hoc sceleratum facinus, id ex benedictione Gen. XLIX. 3, facile eluceat. RUBEN, namque inquit,

inquit, primogenitus JACOBI, robur ipsius & principium virtutis  
sue, superior honoris gradus & superior potentia cum rapiditate ( seu  
rapide & præcipitante ruens, ) sicut aqua, ( in belluinam  
suam libidinem ) non excelluit, squidem ascendit cubilia  
patris sui & indignum se fecit, ( primogenitura ) stratum paris  
ascendens. Conf. post BURMANNUM, CLERICUM, LOSCA-  
NUM, & VITRINGAM, DN. H. B. STARCKIUS, in Notis  
selectis, ad h. l. p. 62.

## §. XVI.

Novum dehinc incestum efformare allaborant Judæi, cum  
namque Gen. XXXVI, 5. legatur: OHOLIBAMA item peperit  
KORACH. tunc adjicit JARCHI: Korach iste fuit spurius ac filius  
exitit Eliphasi, qui cum uxore Patris sui, nempe cum ABOLIBAMA, Es-  
azi conjugé concubuit. ELIPHASUM ergo incestuosum clamant,  
eo quod cum ABOLIBAMA patris sui ESAVI conjugé con-  
cubuerit. Certum hic est, quod ESAVUS ex Conjugé BA-  
SMAT, filia ELON Chittæi, generaverit ELIPHASUM. Vid.  
Gen. XXVI. 34. & quod hæc BASMAT filia ELON, Cap.  
XXXVI. 2, dicatur ADA, conf. & versum 4. 10. 16. Quemad-  
modum enim tertia conjux ESAVI dicitur etiam MACHA-  
LATH Gen. XXIX. 9., cum Gen. XXXVI. 3. BASEMATHA  
appellabatur, (quod enim binomii sæpius fuerint in utroque  
sexu, id omnes norunt,) ita quoque circa BASMAT, filiam  
ELONIS, quod & ADA dicatur, nemo facile fluctuabit Vid.  
post GLASSIUM, WALTHERUM & plures, DN. GRUNE-  
BERGIUS, in tabulis Sacris Genealogicis, tam in Proemio & Ob-  
servatis Genealogicis. Numero 57. seq. quam in ipsa Tabula tertia.  
Certum est porro, quo ESAVUS cum AHOLIBAMA, filia  
ANÆ, filia ZIBEONIS, genuerit Jensch & Jaelam & KO-  
RACH. Gen. XXXVI. 14. Certum est denique, quod filii  
ELIPHASI fuerint Theman, & Omar, Zepho & Gaatham, Ke-  
nas & THIMNA, qui Gen. XXXVI. 16. etiam KORACH di-  
citur, quibus tandem adjicitur 1. Par. 1. 36. Amalek, quem  
Thimna pellex Eliphasi, eidem peperit Gen. XXXVI. 12. Qua-  
re ergo verpæ isti, quod in Chronicis legerant nomen THIM-  
NA, ex Genesi resciscere non voluerunt, quod is ipse etiam

CHORAH dictus sit ? & quid tunc dubii superfuisset ? An forte ESAVUS pater, ex Aholibama filia Anæ, non potuit habere filium, quem *Chorachum* diceret, & Filius ejus Eliphafus ex sua conjuge filium, quem eodem *Chorachi* nomine insigniret ? Non disputamus rigide : Num *Commentaria Rabbinica Theologo Christiano usui esse possint* ? & rationes quas eo direxit DN. J. H. HOTTINGERUS, in *Thesauro Philologico*, s. *Clave Scriptura*. p 245. s. nostram quoque tesseram habent ; Interea, quam vilipendant Codicem Ipsum, id insulsum simile declarat, dum Scripturam **לֶנָשׁוֹמָה** *corpus*, Traditiones vero **לְנַשְׁמָה** seu *animam* insigniunt ; & DN HOTTINGERUS. l. c. p. 561. non modo Authoris Libri **עַמּוֹדֵר גּוֹלֵר** adduxit verba, quando scripsit : *Ne existimes, legem scriptam Religionis nostra esse fundamen-tum, quin potius illius lex est, lex ore tradita, nam propter legem oralem initium est fædus a DEO cum Israelitis.* Sed & pag. 562. adduxit horrida illa ex BAVA METZIA. Qui operam dant lectioni Biblica, virtus aliqua est, aut potius nulla virtus : Qui vero operam dant deuteropœtri virtus seu proprietas est, propter quam accipiatur primum : Gemara denique incumbere virtus est, qua nulla prestantior. Imo tandem adjecit diabolicum lemma. *Quod in Biblio-sis sacris studere, aliud nihil sit, quam tempus perdere.* Eapropter ergo hujus etiam erroris & fabulæ de ELIPHASO incestuoso, ortus ac origo neminem facile latet.

## §. XVI.

Deploranda ac detestabilis magis est lasciva malitia THAMARIS, cum enim JEHUDA illam uxorem acceperat primogenito suo ERO, & vero iste, malus existens in oculis Jehovæ, occisus fuerat ; Tunc, cum differret Jehuda nimis matrimonium cum SCHELA promissum, THAMAR incestuoso Venere fervens, sacerum suum fraudulenter illexit, ut intraret ad illam, Gen. XXXIIX. 18. Cujus sceleris causa B. LUTHERUS. ad vers. 26. Tom IX. Opp. Albenb. p 1701. b. sequenti modo decidit. Es wird nun gefraget, welcher unter ihnen am schwerlichsten habe gesündigt, Juda oder die Thamar ? Er hat keinen Ehebruch oder Blutschande begangen, sondern schlecht Hurey getrieben : Thamar aber ist an beyderley Sünden schuldig, darum

darum das sie eine Braut war und ein The Weib des dritten Sohns Juda, nemlich des Sela, welcher nach göttlichen Recht ihr Ehemann ist, und er hat sie des Ehebuchs halben beschuldigen mögen, daß sie aber bey ihrem Schwäher gelegen, ist eine sehr scheußliche Blutschande. Derhalben können sie keinerley weise entschuldigt werden, wiewol die Sünde Juda etwas geringer ist. Conf. post CALOVUM, MAJUM, LANGIUM & alios, DN. PAULUM HULSIUM, in Historia S. turpitudinis incesta. P. I. Agmen denique claudat, qua Biblica exempla, ABSOLOMUS, qui sub tentorio super techo tenso, intravit ad pellices patris sui in oculis universi Israels. II. Sam. XVI. 22. conf. post SCHMIDIJUM DN. A. A. PAGENSTECHERUS. Ce Jure Venitiae, p. XI. p. 96. s. Quod & plures fuerint nebulae tales in Israele, recenset & strenue taxat EZECHIEL. Cap. XXII. 9. s. scribens : *Viri calunnia fuerunt in te. Et vir cum uxore socii sui fecit abominationem : ac vir nrum suam polluit per facinus : imo vir sororem suam filiam patris sui compressit int.* Quin & AMOS Cap. II. 7. reprehendit istud facinus, exclamans : *Quin Vir & pater ejus abeunt ad puellam unam , ut prophanan nomen sanctitatis mea.* His accensendum est Corinthius iste, cuius incestum cum Novemca exprobaret urbi & Christianis peculiariter in ea degentibus s. PAULUS. I. Cor. V. 1. severius increpans : *Omnino auditur inter vos scortatio, & talis quidem scortatio , qualis neque inter gentes nominatur, ut uxorem aliquis patris habeat,* Conf. post LIGHTFO. TUM, SCHMIDIJUM, MAJUM, ENGELSCHALLIVM, BECMANNVM & alios, *ut uxorem aliquis patris habeat.* Dn. Scharfius, in der verkehrten Bibel p. 68. s.

## §. XVII.

SEMIRAMDIS dehinc non est, ut copiosius meminerimus, Eandem enim, quod proprium filium amore incestuoso arderet, abs eodem, maternum concubitum exhorrescente interfecit esse, ex BEROSO, DIODORO, PLUTARCHO & SUIDA, omnes Historicci testantur. Ut & reliquorum compendia formemus. Quem fugit, XERXEM post redditum in Asiam, MASISTHIS fratris sui conjugem amare coepisse; Deinde vero cum ARTAYNTAM fratris sui filiam, filio suo DARIO deisset,

disset, & hujus iuvencula amore exarississe. Vid. Herodotus. in Calliope.  
Libr. IX. p. m. 701. f. Quis porro non novit, Artaxerxes II.  
duxisse ATOSSAM fillam, Ocho fratri jam datam, cuius & in  
cesta consuetudine, super facinus Parentis, fruia est; Imo  
& AMESTREM filiam, Tiribazo despontatam. Vid. PLUTAR-  
CHUS. in Artaxerxe, p. 102. f. DARIUM filium ARTAXER-  
XIS II. & successorem jam designatum, petuisse ASPASIAM  
parentis pellicem, quod quidem scelus incestuosum, cum hi-  
storiam ARTAXERXIS II. Libro. X. Cap. II. delieneavit JUSTINUS,  
his verbis exhibuit: *Causa parricidi sieleratior ipso parricidio*  
*fuit. Occiso quippe Cyro fraterno bello, Aspasiam pellicem ejus Rex.*  
Artaxerxes in matrimonium receperat, hanc Patrem cedere sibi, sicut  
Regnum, Dariu postulaverat, qui pro indulgentia sua in liberos, pri-  
mo facturum se dixerat; Mox poenitentia ductus, ut honeste negaret,  
quod temere promiserat, solis eam Sacerdotio praefecit, que perpetua  
elli ab omnibus viris pudicitia imperabatur, hinc exacerbatus Irenius,  
in iugia, ( vel ut alia Manuscripta legunt; in injuria ) primo  
Patri erupit, mox facta cum fratribus coniuratione, dum Patri in-  
sidias parat, deprehensus cum sociis, poenas parricidii Diis Paternæ  
Majestatis ultoribus dedit. Et quod PLUTARCHUS, in ARTA-  
XERXE refert, novacula ipsius præcisa est gula. Non minus  
flagitium intendit OCHUS, inter filios ARTAXERXIS natu-  
minimus, ATOSSÆ siquidem novercae ac sorori sua, spem  
matrimonii fecit, si ipsius ope ad Regnum promoveretur, teste  
PLUTARCHO in ARTAXERXE. Omnibus & notum est,  
PTOLEMÆUM Philometorem matrem suam CLEOPATRAM  
uxorem duxisse, Vid. Historici promiscue & post MAT-  
THIAM, LANGIUS ac GRUNACK; Quibus adjeceris, ANTI-  
OCHUM I. Soterem Novercam STRATONICAM aperisse & mori  
quam incestum aperire maluisse, donec turpiter indulgens  
Pater consensit in incestum, & SRATONICAM uxorem, a ne-  
fario isto concubitu cum privigno abhorrentem, doceri juf-  
ferit. *Honesta & iusta esse, qua Regibus placeant & regno utilia esse*  
videantur Vid. hæc ex PLUTARCHO & APPIANO copiosius  
exhibentem DN. MATTHIÆ. In Theatro Historico p. 373. f.

§. XIIIX

## §. XIIIX.

Nunc ad *Romanos* peculiariter concinno tramite ducimur, dummodo B. LECTOR adhuc inter GRÆCOS, quos supra §. IV. s. p. s. s. recenfumus, meminisse voluerit incestus, inter ALCINOUM & ARETAM. Vid. HOMERUS. *Odyss.* vers. 60. s.; inter DIODOTUM & filiam fratris DIOGITONIS. Vid. HERODOTUS. Lib. V. Cap. XXXIX. & si qui forte plures istiusmodi casus prostarent. Et ibi quidem seculo post Christum natum primo, CLAUDIUS TIBERIUS Imperator, AGRIPPINAM fratris GERMANICI filiam conjugem duxit, Quod scelus apud *Tacitum Annal.* Libr. X. & Anno A. II. C. DCCCII. p. m. 420. s. sic memoratur: C. Pompejo, Q. Verannio COSS: pactum inter Claudium & Agrippinam matrimonium. Jam fama, jam amore illico firmabatur, nec dum celebrente saecula nuptiarum audebant, nullo exemplo deducta in domum patrum, fratribus filia. Quin & incestum, acsi sperneretur, ne in malum publicum erumperet metuebatur. Nec ante omisso contatio, quam Vitellius suis artibus id perpetrandum sumpsit, Percontatusque Caesarē, an iussis populi, an auctoritati Senatus cederet, ubi Ille unius se civium & consenſui imparem respondit, operiri intra palatium jubar, ipse curiam ingreditur, summamque Reip. agi obtestans, veniam dicendi ante alios exposcit, orditurque: gravissimos principis labores, quis orbem terræ capessat, egere adminiculis, ut domestica cura vacuus, in commune consulat. Quod porro honestius censoriementis levamen, quam assumere conjugem prosperis dubisque sociam? Cui cogitationes intimas, cui parvos liberos tradat, non luxui aut voluptatibus assuefactus, sed qui prima ab juventa legibus optemperavisset. Postquam hac favorabili oratione premisit, multaque patrum assentatio sequebatur, captorvus initio, quando maritandum principem cuncti suaderent, diligenter oportere fæminam nobilitate, puerperis, sanctimonia insignem. Nec diu inquirendum, quin Agrippina claritudine generis anteiret, datum ab ea fecunditatis experimentum, & congnore artes honestas. Id vero egregium, quod pro visa DEum vidua jungenter principi, sua tantum matrimonia expo: Audiuisse appetentibus, vidisse ipsos, arripi conjuges ad libita Cesarum; procul id a presenti modestia: Statueretur imo documentum, quo uxorem imperator

er acciperet. At enim nova nobis in fratum filias conjugia, sed aliis gentibus solennia, nec ulla lege prohibita. Et sobrinarum dinognorata, tempore addito percerebruisse, morem accommodari prout conducat; & fore hoc quoque in his, qua mox usurpentur. Haud defuere qui certatim, si contaretur Cesar, vi actros testificantes erumperent curia. Conglobatur promiscua multitudo, populumque R. eadem rogare clamitans. Nec Claudius ultra expectato, obvium apud forum prebet se gratantibus. Senatumque ingressus decreum postulat, quo justo inter patruos fratumq; filias nuptia etiam impostorum statuerentur. Ne quo tamen repertus est, nisi unus talis matrimonii cupitor, Taledius Severus eques Romanus, quem plerique Agrippina gratia impulsus ferebant. Conf. SUETONIUS. in Vita Claudi. c. 26. & Dio Cassius. Libro XX. p. m. 686. ubi id simul est notandum, quod Suetonius post unum Taciti sacerdotem exhibuerit adhuc alium scelesti hujus incestus exemplum, ita namque in Claudio V. cap. XXVI. scribit: Non reperti sunt, qui sequentur exemplum, excepto libertino quodam, & altero primipilari cuius officium nuptiarum & ipse cum Agrippina celebravit. Cui & hoc subjici ut alii, quod non diu postea Nerva Coccejus legem tulerit. Presertim ne quis neptem in uxorem duceret. Vid. Dio Cassius. Hist. Rom. Libr. LXIX. p. 770. Imo non avertere potuit censuram Senecæ Tragædi, quin scriberet isipse, in Octavia.

Genitamquem fratri conjugem captus sibi  
(alii legunt. captam sibi)

Toris nefandis flebili junxit face.

### S. XIX.

Hunc sicutus est in scelere Flavius Domitianus, & illud ipsum sequenti perorat modo SUETONIUS, in Vita hujus Imperatoris. Cap. XXII. Libidinis nimie, assiduitatem concubitus velut exercitationis genus, Clinopalen vocabat. Eratque fama, quasi concubinas ipse divelleret, naturaque inter vulgarissimas meretrices. Fratris filiam adhuc virginem oblatam in matrimonium sibi, cum devictus Domitia nuptiis pertinacissime recusasset, non multo post alii collocatam, ultro corrupit, & quidem vivo etiam cum Tito. Mox pare ac virorbatam, ardenter palamque dilexit; ut etiam causa mortis extiterit,

coacta

coacte & conceptum a se abigere. Aurelius Victor in Hist. Augustæ Epitome & vita hujus Imperatoris causam hanc alii & quidem his circumstantiis deliaeavat: Furens, inquit, libidine: Cujus fœdum exercitium, gracorum lingua κλυπόπαλην vocabat. Hinc percontanti cuidam, quisquam ne in palatio esset? responsum est: ne musca quidem. His ejus sevitiis, ac maxime injuria verborum, quæ se scortum vocari solebat, accersus Antonius, curans Germaniam superiorem, imperium corripuit. Quo per Norbanum Appium acie strato, Domicianus longe tetricus, in omne hominum genus, etiam in suis ferarum more grassabatur. Igitur metu crudelitatis, & conscientia sua conjurare plerique impulsoribus Parthenio procurans cubiculum, & Stephano, & tum ob fraudem intercepta pecunia supplicium suspectante Claudiano, adficiata etiam in consilium Tyranni uxore Domitiae, ob amorem Paridis histrio nis a principe cruciatus formidante, Domitianum multis vulneribus confundunt. Singulare tunc temporis Tyranidis obtinuit exemplum & exercitum, DOMITIANUS enim, quem GESSELIUS. Historia sacra & Ecclesiastica. p. 122. omnium fere principum tetricum Insignivit, adeo grassatus est, ut scribere potuerit Tacitus: in prefatione ad Vitam Agricola: Legimus cum Aruleno Rustico Petrus Thrasea, Herennio Senecioni Priscus Helvidius laudati essent, capitale fuisse: Neque in ipsis modo authores, sed in liberis quoque eorum sevitum, delegato Trium Viris ministerio, ut monumenta clarissimorum ingeniorum in Comitio ac foro uerenentur. Scilicet illo igne vocem Po. Ro. & libertatem senatus, & conscientiam generis humani abولي arbitrabantur, expulsis insuper sapientia professoribus, atque omni bona arte in exsilium acta, ne quid usquam honestum occurreret. Dedimus profecto grande patientia documentum & sicut vetus atas vidit, quid ultimum in libertate esset, ita nos quid in servitute, adempto per inquisitiones & loquendi audiendique commercio. Memoriam quoque ipsam cum voce perdidissimus, si tam in nostra potestate esset obliuisci, quam tacere. Conf. quæ sub finem Vitæ Agricolæ, adhuc adjectit TACITUS.

## § XX.

Seculo post Christum natum tertio, ANTONINUS BASSIANUS CARACALLA, novercam JULIAM nefario incestu sibi junxit, & facinus hoc terro exhibuit stilo AELIUS SPARTIA.

D

TIANUS. in Vita CARACALLÆ: Interest scire, inquit, quemadmodum nevercam suam Julianam uxorem duxisse dicatur. Quia quum esset pulcherrima & quum per negligentiam se maxima corporis parte nudasset, dixissetque Antoninus, Velle, si licet: Respondisse feretur, si libet, licet. An nescis te Imperatorem esse; & leges dare non accipere? Quo audito furor inconditus ad effectum criminis roboratus est: Nuptiasque eas celebravit, quas, si sciret se leges dare, vere solus prohibere debuisset. Matrem enim (non alio dicenda erat nomine,) duxit uxorem: Ad parricidium junxit incestum: Siquidem eam matrimonio sociavit, cujus filium nuper occiderat. Arguitur etiam HELIogabalus, quod incestum commiserit cum Vestali Virgine; ast cum nobis certum sit omnino; Quod ad Pontifices Romanorum Jus antiquum de castis incestisque nupiis pertinuerit, DIO CASSIUS liquidem Libro 48. p. m. 383, id recensuit. Confer. DEMSTERUS ex DIONYSIO Halicarnasseo. Antiq. Rom. Libr. II. p. m. 132. & Antiquitat. Rom. Corpore absolutissimo, Libr. III. Cap. XXII. p. 213. D. & GUTHERIUS. De Vet. Jur. Pontif. Libr. 2. c. 7; Quod jus insimul illis competerit, punire virgines Vestales, si in incestum crimen incidunt; Quod & denique habitus sit pro incesto, concubitus cum Vestali, id etenim AELIUS LAMPRIDIUS. in Antoni. Heliogab. putavit, inter sceleram namque hujus Imperatoris plus quam Sodomita imo belluina, refertur & hoc, quod in Virginem Vestalem incestum admiserit. nihilominus talem fictitium & superstitionem incestum non morarum, hinc si quid quis horum & de his Vestalibus legere ac cognoscere avet, eundem ad nitidissimum scriptum Eruditissimi DN. M. S. F. BUCHERI quod sub Rubro Antiquitarum, seu de conclusis Hebraeorum ac Graecorum faminis, Budissa Anno 1717. prodidit, ablegatum volumus, ibi namque Cap. VI. a §. IV. p. 171. s. sitim facile resstringuet. Incidenter & nos, dum meminimus, recentiores aliquot Papeos & Festinas antiques recoquere calumnias, quas RÆMUNDUS, SPONDANUS, BOZIUS, FORNERUS & alii suo tempore turpiter evomuerunt adversus conjugium LUTHERI, venditando, quod initierit nuptias sacrilegas, incestas, palam cum totius mundi stupore, summo per totum orbem opprobrio, summo cum sacrosandi conjugii contemptu, summa cum sanctissimorum voro-

71111

rum consumelia, Iesu Christi thorum commaculaverit desponden-  
do sibi virginem sacram, eaque per nefas in quotidianum prestibulum  
abusus sit. Repetendam hic & communicandam duximus an-  
tiquam LUTHERI defensionem, quam legimus Tom. III. Germ.  
Jenensi f. 159. Ich bin in so grossen Absall und Verachtung kom-  
men, durch diese meine Heyrath, daß ich hoffe, es sollen sich die  
Engel darüber freuen, und die Teuffel weinen: Die Welt mit  
ihren Käfiglingen verstehtet dies Werk nicht, daß es gottlich und  
heilig sey, ja machen an meiner Person gottlos und teuffelsich. & in  
antecedentibus f. 148. scriptis: Bittet für mich mein lieber Herr,  
daß Gott der Herr meinen neuen angefangenen Orden, den hei-  
ligen Chestand, gnädiglich wolle segnen und heiligen. Denn die  
Weltweisen auch unter den Unsern sind heftig darüber erzürnet,  
sie müssen bekennen, daß der Chestand Gottes Geschöpf und  
Werk ist. Aber die Larv meiner und der Jungfrauen Person machen  
sie thöricht, und treiben sie wider Gott zu dencken und zu reden. Aber  
der Herr lebet, der in uns grässer ist, dann der so in der Welt ist.

## §. XXI.

Usque ad hanc paragaphum sicutius exempla, suis,  
ubi id fieri potuit, circumstantis vestita, & apparuit abunde,  
quod incestum in linea recta habuerint Gentiles, pro scandaloso  
scelere & flagitio, quod ipsi Naturæ aduersaretur sincerissimo  
juri; Unde siquidem tam territam conscientiam, tot expressio-  
res querelas & tam singularia metus ac horroris dederunt in-  
dicia & documenta? Sacrum Codicem non calluerunt, cum  
Georpius & fidelibus, minimum plures, non communica-  
runt; hinc ipsi id impressum cordi expertisunt duceq; natura ac  
solicitantibus vel ipsi ruderibus juris naturæ agnoverunt, fe-  
cerunt & docuerunt ea, quæ sunt legis insitæ, naturalis puta:  
Id quod in gratiam eorum, qui leviter habere, imo nauci du-  
cere non verecundantur dictamina rationis, vel ut scitus do-  
ceri convenit, Juris Naturæ, plenius adhuc delineabimus  
per dieteria & sententias Illustrium Virorum, qui incestum in  
linea recta, detestabilis flagitii instar aversati sunt & indice di-  
gito explicuerunt, quorsum volentes nolentesve trahantur?  
PHOENICIS ergo apud HOMERUM. Illud. IX. miserandus  
est ejulatus & magnopere queritur, se esse maledictum, propter-

ea, quod cum concubina patris sui rem habuerit. PLATO, qui communio mem omnium scandalosissime invexit, conscientia urgente & ex lethargo suo quasi redux, Libro XXXI. Dialogo V. De Republica, p. m. 592. docet: *Quando igitur jam mulieres & viri a-  
tatem generationi aptam egressi fuerint, licere viris dicemus, cuicun-  
que voluerint, preterquam filia atque matri, & filiarum natis, ma-  
trisve majoribus commisceri: Licere & mulieribus cuilibet copulari,  
preterquam filio atque patri, ac superioribus & in ferioribus eorundem.*  
*Cum vero haec omnia mandaverimus, interdicemus partum talem,*  
*si contigerit, in lucem produci, si quid autem coegerit, ita exponere pre-  
cipiemus, quasi ejus nulla nutritio sit. Postquam & haec approba-  
ta erant, tunc ad questionem denuo formatam; Patres vero  
& matres & coeteri cognati quos memorabas, quomodo invicem di-  
scernentur? Respondet: Nullo modo, sed omnes quicunque nascen-  
tur decimo mense, vel septimo, ex ea die, qua quis liberis operam dedit,  
masculi ab hoc filii, foeminae filia nominabuntur. Nati autem enim patrem  
vocabunt, natorum similiter filios ille nepotes esse dicit, isti autem superi-  
ores avos & avias nominabunt: At eos qui illo tempore nascerentur,  
quo pares ipsorum matresque invicem generabant, fratres atque sorores.  
Atque ita quod modo dicebam, nullo modo se mutuo tangarent.*

## XXII.

CICERO porro, Libro II. De Legibus. Cap. IX. p. m. 227.  
num 31 hanc etiam reliquit & ATTICO suo publicavit: Pontifi-  
ces Incestum supremo supplicio sanciunto. Affectus & concitatissi-  
mos expoluit super SASSIAM generi sui conjugium per repu-  
dium filiae, affectionem, in Oratione pro CLUENTIO AVITO,  
p. m. 192. l. 43. f. O Mulieris, inquit, scelus incredibile, &, pre-  
ter hanc unam, in omni vita inauditum! O libidinem effrenatam &  
indomitam! O audaciam singularem! Non timuisse, si minus vim De-  
orum, hominumque famam, ad illam ipsam noctem, faciesque illas  
nuptiales. Non limen cubiculi? non cubile filia? non parietes denique ip-  
pos, superiorum teste nuptiarum? perfregit ac prostravit omnia cupi-  
ditate ac furore: vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem  
amenitatem &c. Et PLUTARCHUS. in lib. de fort. Alexand. refert,  
ALEXANDRUM M. docuisse Persas, matres revereri, earumque  
nuptias abstinere. Cum TIRAAQUELLO etiam ex Agathio. Libr. II.

De

*De Bello Goth non inviti præsumimus, apud priscos Persas non fu-  
isse matrimonia parentum & liberorum usitata; Imo ex PLUTAR-  
CHO causa nobis venit suspicandi, quod Persa cum tempore  
desisterint a celestis nupriis; in Vita namque ARTA XERXIS  
memorat, hunc Imperatorem filias uxores duxisse contra Leges  
Persarum & Gracorum. Quam & detestatu VIRGILIO fuerint  
incesta cunjugia, id ex Libro VI. Aeneidos manifestum esse pote-  
tit, ubi a verba 617. sequentia exhibuit:*

Sedet æternumque sedebit

Infelix THESEUS, Phlegyasque miserrimus omnes  
Admonet, & magna testatur voce per umbras;  
Discite justitiam moniti & non temnere divos.  
Vendidit hic auro patriam, dominumque potentem  
Imposuit: fixit leges pretio atque refixit.  
*Hic thalamum invasit nata, vetitosque hymenaos:*

Ausi omnes immane nefas, ausoque potiti.

Quin nec dimittendus est CLAUDIUS Imperator, cujus  
inceustum cum AGRIPPINA vidimus supra; Quam namque  
per ipsam naturam rationalium, horridum facinus arbitratus  
sit cohabitationem cum Matre, ex eo liquet: *Feminam enim, non  
agnoscens filium suum, dubia utrimque argumentorum fide, ad con-  
fessionem compulit, indicto matrimonio juvenis.* Certus namque  
fuit, foeminam agnoscituram prius filium, quam tam detestan-  
dum incestus flagitium commissurum. Vid SVETONIUS. in  
C Claudio. Druso. Cesare. Cap. XV.

### XXIII.

Nec particularia haec tenus sufficiunt, sed & ad publicas  
veniendum est leges, quarum in multis *Agendis Ecclesiasticis*  
exactim habita est ratio: Sic igitur in Pandectis L. LXIX. de  
Ritu Nupt. JULIUS PAULUS sententiam tulit: *Fure gentium ince-  
stum commitit. qui ex gradu adscendentium vel descendantium uxo-  
rem duxerit.* Vidi equidem DN. GOTHOFREDUM adjecisse:  
b. *Imo iure gentium incestus his casibus non committitur.* Nec enim  
apud Persas prohibita ejusmodi consuetudines. Catullus: *Nascetur ma-  
gis ex Gelli matrisq; nefando Conjuge & discat Persicum haruspicium.*  
Nam Magus ex patre & nata dignatur oportet: *Sivera est Persarum*

*impia religio.* Et Myrrha apud Ovidium &c. Sed ex superioribus multam ea illustrationem jam nanciscetur & iterum præsumi potest, PERSAS Seculo III. post Christum N. (illo etenim tempore Julius Paulus vixit,) quod avitis temporibus non licuit, & ad tempus ab iis, qui contra jus Naturæ ferociter ac scelerate prævaricati sunt, introductum ac admisum, eliminavisse & ad saniores mentem rediisse. Optime alias etiam, hunc in finem explicationem dedit GROTIUS Libr. de Jur. B. ac P. II. V. XII. 3. Neque movere nos debet, inquit, Diogenis ac Chrysippi argumentum, a gallis gallinaceis, aliisque animalibus mutis petitus, quo probare volebant comixtiones tales non esse contra jus naturæ. Nam ut initio libri diximus, satis est sic cum natura humana quid pugnet, ut illicitum habeatur. Et hoc est incertum, quod jure gentium committi, scripsit Paulus ICfultus inter gradus ascenditum & descenditum. Hoc est jus illud, quod Xenophon ait non eo minus jus esse, quia a Persis continebatur. Naturale enim recte dicitur, interprete Michaelae Epheso ad Nicomachia, τὸ παρὰ τοῖς πλέισοις ὡρὶ αδιαφόροις καὶ μετὰ Φύσιν ἔχοντων: Quod apud plerosque non corruptos, sed naturæ convenienter se habentes obtinet. Hippodamus Pythagoricus vocat παρὰ Φύσιν αρέτης ἐπιθυμίας, αἰσθασχέτες ὄρης, εὐοιωτάτας ἡδονᾶς, Immoderatas & a natura alienas cupiditates, effrane impetus, nefariora voluptates. De Persis sic Lucanus:

Epulis vesana, meroque

Regia non ullos exceptos legibus horret Concubitus.

Et mox: Cui fas implere parentem, Quid reor esse nefas?

Speciatim autem hisic Persarum mori causam pravam educationem prudenter assignat Dion Prusaenss. Oratione XX.

#### §. XXIV.

L. XIV. ff. de Ritu Nuptiarum, idem iste PAULUS decidit: Idem e contrario dicendum, ut pater filiam non possit ducere, si ex servitute manumissi sint: Et si dubitetur, patrem eum esse. Unde nec vulgo quasdam filiam pater naturalis potest uxorem ducere, quoniam in contrahendis matrimonii naturale jus & pudor inspiciendus est: Contra pudorem est autem, filiam uxorem suam ducere. Et L. 53. CAJUS, Quem alii GAJUM dicere voluerunt, & qui, quicquid & dispu-

disputaverint multi de tempore, quo vixerit, ad Sec. II. referendus, sententiam hanc tulit: *Nuptiae consistere non possunt inter eas personas, que in numero parentum, liberorumve sunt: frue proximi, sive ulterioris gradus sint, usque ad infinitum.* Quibus CREBIDII SCÆVOLÆ, L. 54. adjicetur haec illustratio: *Et nihil interest, ex iustis nuptiis cognatio descendat, an vero non.* Expressissima itidem prostat Decilio §. *Instit. de Nuptiis.* Ergo non omnes. judicat Imperator, nobis uxores ducere licet. Nam a quarundam nuptiis abstinendum est inter eas enim personas, que parentum liberorumve locum inter se obtinent, contrahi nuptiae non possunt: veluti inter patrem & filiam, vel avum & neptem, vel matrem & filium, vel aviam & nepotem, & usque in infinitum. Et si tales persona inter se coierint, nefarias atque incestas nuptias contraxisse dicuntur. Multo hic certe cum fundamento M. JAC. STOLTERFOTUS. in Praefatione Versionis Libri SENECAE. de Divina providentia. S. 8. p. 161. s. scribere potuit: Solte man nehst Gottes Wort nicht mögen vorhalten den Schande und Hurenbalgen das Exempel der edlen Römerin Lucretia? welche lieber, wie LIVIUS, Lib. I. Cap. 58. gedenket, hat wollen sterben, als das ein unzüchtiges Weib mit ihrem Exempel ihre Geilheit und Schande entschuldigen solte. Solte man nehst Gottes Wort nicht mögen vorhalten denjenigen, so aus vielen Sünden nur ein Gelächter und Kurgweil machen, auch in ihrer Bosheit sich damit, dass es also eine Gewohnheit und Gebrauch sey, entschuldigen wollen, das Exempel der alten Deutschen? als von welchen C. TACITUS. in German. Cap. 19. schreibt: *Nemo illic virtus ridet, nec corrumperet & corrumpi, seculum vocatur, Niemand lachet bey ihnen über Laster und Bosheit: auch versöhnen und verführen werden wird da kein Gebrauch noch Gewohnheit genemmet.* Davon auch der Heyde Seneca einen sehr nachdenklichen Spruch Epist. 39. auffgesetzt, *Definit esse remedio locus, ubi qua fuerant vitia, mores sunt.* Alsdann ist keine Hülfe mehr übrig, wann die Laster zu Sitzen und Gewohnheit werden. Und das mag also bei andern Tugenden und Lastern mehr geschehen, auf das wir, die wir den Christlichen Nahmen haben, uns schämen lernen, das die Heyden, die doch in solcher Blindheit gelebet, der eusserlichen Tugenden sich so trefflich beflossen, und

und für den Lastern einen Abscheu getragen; Wir aber, die wir das helle Licht des heil. Evangelii durch Gottes Gnade haben, und den Willen des Herrn wissen, dagegen in solchen Sünden, Lastern und Bosheit leben, darüber uns die Seyden am jüngster Tage werden richten müssen.

## S. XXV.

Nec id fuit satis Gentilium Legislatoribus, nam & de linea collaterali, descendente circa, quod cavendum esset, prudenter designarunt; Ita L. 17. §. 2. ff. de R. N. CAJUS decidit: *Amitam, quoque & materteram: item magnam quoque amitam, & materteram magnam prohibemur uxorem ducere: quamvis magna amita & matertera, quarto gradu sint. Utique autem amitam, & amitam magnam prohibemur uxorem ducere, & si per adoptionem nobis conjuncta sint. & PAULUS. Sec. III. L. XXXIX. eodem. sententiā hanc reliquit: Sororis proneptem non possum ducere uxorem, Quoniam parentis loco eiusum. Squis ex his, quas moribus prohibemur uxores ducere, duxerit: incestum dicitur committere. Non facile opinaremur, quemquam hic arguiturum: Ergo sororis filiam, & sororis neptem ducere licet. quemadmodum namque id contra ipsam sanam rationem impingeret, ita etiam semet ipsum feliciter explicit PAULUS. in receptis sententiis. L. II. Tit. XIX. §. 3. Et L. XIV. §. 2. ff. de R. N. decisum hoc format: Serviles quoque cognationes in hoc jure observandas sunt. Igitur suam matrem manumissus non ducet uxorem, tantundem juris est, & in sorore, & sororis filia. Eadem de filia Sororis Sec. III. tam expresse, Ulpianus L. LVI. ff. de R. N. perhibuit, ut nec ad concubinatum respicere voluerit. Eriam si, inquit, concubinam quis habuerit, sororis filiam, licet libertinam, incestum committitur. In quo consensit Seculo eodem Papianus, statuens. L. X. §. 1. ff. ad L. Jul. de Adult. Militem, qui sororis filiam in contubernio habuie, licet non in matrimonium, adulterii poena teneri relictus dicuntur & L. XXXII. §. eodem. Si adulterium cum incesto committatur, uto re cum privigna, nuru, noverca, mulier similiter quoque punietur: Id enim remoto etiam adulterio eveniret. Tribuerent hic officia sua feliciter & gratiam nostram, quinimo gratitudinem omnem sortientur Iusti, si determinarent poenas, iure Romano,*

in

incestui decretas. *Celeberrimus* equidem *Juris-Consultus* DN. D. I. G. HEINECCIUS. *Antiq. Roman.* ad *Inst. Lib. IV. Tit. XVIII.* p. 374. s. bene docuit, quod vix constet, que fuerit poena adulterii ante legem Julianam. & ex DIONISIO Halicarnasse ac SVETONIO probavit, ipsos viros olim ex consilio propinquorum in adulterias animaduertere fuisse solitos, ut TIBERIUS etiam mulierum impudicarum coercionem propinquis ac necessariis demandari, si accusator publicus decesset; Denique etiam addidit, quid de occidente & relegatione & capitis tandem poena obvenerit; de incestu vero peculiariter non egit. Vidimus & præterea, MARCIANUM hanc *L. V. ff.* degenerationibus publicaviisse sententiam: *Siquis viduam, vel alii nuptram cognatam, cum qua nuptias contrahere non potest, corruperit, in inselam deportandus est.* Verum dum adjecterit: *Quia duplex crimen est: & incestum, quia cognatam violavit contrafas, & adulterium, vel stuprum adjungit,* hinc discretionem ipsam non invenimus: & quamvis PAPINIANO incesti crimen gravius adulterio sit declaratum, *L. XXXIX. §. III. ad L. Iul. de adult.* tamen ultra adulterii poenam decernere nil voluit, quæ propter subsistere coacti sumus, in *L. LII. ff. de R. N.* ubi sententiam hanc tulit PAULUS: *Incesta nuptia neque dotem habent, & ideo omne quod perceptum est, licet fructuum nomine, anferetur dispensabilem fuisse incestum, prolixius probat, quod L. LVII. ff. eodem subiicitur Exemplum, sic enim legimus: Divus Marcus & Lucius Imperatores Flavia Terrulla per Mensorem liberum ita rescripsissent: Movemur & temporis diuturnitate, quo ignara juris in matrimonio avunculi tui fuisisti, & quod ab avia tua collocata es & numero liberorum vestrorum. idcirco que (cum hec omnia in unum concurrunt, confirmamus statum liberorum vestrorum in eo matrimonio quasitorum, quod ante annos quadraginta contractum est, perinde atque si legitime concepti fuissent. Quod si ergo aliae ad hue leges adversus incestum publicatas & modum poenæ exhibentes, latitarent alibi, eas ut commode & in gratiam nostri exhibeant, ruminentur ac commendent, est quod enixerogamus, ad similia in capitibus sanctæ Revelationis prompti, paratiique.*

Quod in fratri filia ducenda, Leges Romanæ non prohibuerint quicquam, facile vidiimus, hinc & COCCEII NERVAE Imp. decretum quovetuit ἀδελφὸν γαμεῖν. Vid. XIPHIlinus, in Vita Nerva. ad sororis filiam merito referimus; sicut & expressius DIOCLETIANUS ac MAXIMIANUS, Imperatores, ex latere duci vetant amitam & materiem, sororis filiam, & ex ea nepem. Addunt & : Se velle ut sancte necessitudinum nomina obtineant apud adfestos suos piam ac religiosam consanguinitati debet tam caritatem: Dolent porro priora tempora: Nefas est, inquit, credere ea, que in prateritum a compluribus constat esse commissa, cum pecudum ac ferarum promiscuo ritu ad illicita connubia in instinctu excoeranda libidinis sine ullo respectu pudoris ac pietatis irrorarent, tolerantiam tandem promittunt, ita, ut, qui ante hanc constitutuionem illicitis auge incisis nuptiis se polluerant, vitam sibi graviter concessam. sciant tamen, non legitimos se suscepisse liberos. quos tam nefaria conjunctione generunt. Postquam vero Christiana Fides Imperatores etiam Romanos redidit beatos & fide salvifica instructos, tunc etiam Juris Naturæ præcepta, quahaec tenus in iniquitate detinuerat velsana gentilium malitia, jubari suo surr vindicata: IMPP namque CONSTANTINUS & CONSTANTIUS, vel ut Dn. Gothofredus vult, CONSTANTIUS II. atque CONSTANS statuerunt: Squis filiam FRATRIS sororisque faciendam crediderit abominanter uxorem, aut in ejus amplexum non ut patruus aut avunculus convolaverit, capitalis sententia poena teneatur. Vid. CODEX THEODOSIANUS Lib. III. Tit. XII. ex edit. Gothofredi p. 294. Post hæc poenam capitalem explicuerunt & determinaverunt specialius ARCADIUS & HONORIUS IMPP. & statuerunt, ut maneat circa eos sententia, qui post latram dudum legem quoquo modo absolti sunt aut puniti, si quis incestis post hac consobrina sua vel sororis aut fratri filie uxoris, vel ejus postremo, cuius vetitum damnatumque conjugium est, se e nuptiis funestarit, designato quidem lege suppicio, hoc est, ignium & proscriptionis careat, proprias etiam, quamdiu vixerit, teneat facultates; sed neque uxorem, neque filios ex ea editos habero credatar;

ut

ut nihil prorsus predictis, ne per interpositam quidem personam vel donet superstes, vel mortuus derelinquat: Dos, si qua forte solemniter aut data aut dicta, aut promissa fuerit, juxta jus antiquum fisci non sibi commodis cedat: Testamento suo extraneis nihil derelinquit, sed sive testato, sive intestato legibus ei & jure succedant, si qui forte ex iusto & legitimo matrimonio editi fuerint, h. e. de descendantibus: Filius, Filia, nepos, neptis, pronepos, proneptis; De ascendentibus, pater, mater, avus, avia; De latere: frater, soror, patruus, amita, testandi sane ita demum habeat facultatem, ut iis tantum personis prejuris ac legum, quod voluerit, arbitrio relinquat, quos succedere Imperialis praeceptore mandavimus, ita tamen, ut hereditate defuncti penitus arceatur, si quis ex iis, quos memoravimus, in contrahendis incestis nuptiis participatum atque consilium iniisse monstrabitur, successario in locum illius, qui post eum gradum proximus invenitur. Id sane, quod de Viris cavimus, etiam de feminis, quae predictorum se consortio commaculaverint, custodiatur. Memoratis vero personis non extantibus, fisco locus pateat. Ad cuius legis nexum & conditionem pertinere jubemus, si qui forte jam dudum, h. e. ante promulgationem hujusce legis illicitis memoratarum nuptriis nuptiis, C. de Incest. & inutil. nupt. L. VI. C. cod. L. IX. C. cod. L. I. & II. C. si nupt. ex rescript. pet. Novell. X. De incest & nupt. nupt. Nov. LXXXIX. C. XV. Nov. CXXXIX. &c.

## §. XXVII.

Quicquid itaque tot gentes, tot homines, tot leges, Juri Naturae adversum judicaverunt, damnaruntque; Quicquid, dum Christianismus obtinuit, detestatissimum est habitum flagitium & in quo censendo delendoque terræ, populi, Deorum atque hominum odia concitata sunt; Quicquid denique omnium consensu, omnium sententiis, omnium judiciis execrabilis & prodigiosum astimari debuit, ut Numinis supremi metuens astimatus non sit, qui hic vel cogitatione sua deliquerit: Id quidem scelus, quod praxi sua tam tetrum, tam turpe, ut nec inter gentes olim facile auditum aut nominatum, patrocinio tamen & tutela dignatum est inter nos, ad quos fines seculorum occur-

runt: Nondum enim annus præteriit, ubi *Illustrissimus DN. a WOLTZOGEN & NEUHAUS*, in famigeratissima Dissertatione: *De conubiosis infantum inter illustres maxime frequentatis*, in Universitate Jenensi, hæc horrida spargere potuit: Cum ex Scriptura silentio negatio cuiusdam facti possibilis oriri non posset, incertum esse, annon ADAM, cui multijuga sui generis propagatio tanti esse debnerat, & ex filiabus sibi liberos quaererit: Namque illam conjunctionem primevis naturæ rationibus contrariari, inter eruditos saltem cordatos nos liquevere; Aut siqua sit probrens ratio, ad minimum in illis humani generis primordiis, ob societatem nimis arctam, existere nondum posuisse. Valde & dolenter miramur *Illustrissimum VIRUM*, inter eruditos & cordatos numerare non voluisse GROTIUM, PUFENDORFFIUM, BOECLERUM, CARPTZOVIMUM, BRUNNEMANNUM, LYNCKERUM, KLEINIUM, KULPISIUM, OSIANDRUM, JÆGERUM, BECMANNUM, KETTNERUM, VELTHUSIUM, NIEMEIERUM, BUDDEUM & inumeros alios, qui uno ore & in unum coalitis tessellis testati sunt, *incestum in linea recta*, ipsi naturæ humanae & primævis naturæ rationibus contrariari, & proprio jure super has ipsius Juris Naturæ delineationes ascenderunt ad divinam revelationem, ut sartam sic ac tectam efficerint regulam illam matrimoniale: *In linea recta ascendente & descendente jure divino conjugium prohibetur in infi-*

*natum.*

### §. XXIX.

Agnovisse hoc *Illustris DN. THOMASII* etiam videtur, nam in *Juriprud. Div. Libr. III Cap. III. §. 139.* decidit: quis diesem absconderlichen Verbothen formire ich die erste Regel: Nach göttlichen Recht ist die Geayrath in gerader Linie ohne End verboten. Sed vel eo ipso ad revelationem Sancti Codicis solummodo respicit, hinc eodem Capitu tertio §. 99. docet: Es hat den incestum zwar das göttliche allgemeine Gesetz ausdrücklich verboten. & §. 100. addit: Wir beweisen, daß diese Verordnung zum offenbahrenen Gesetze gehöre. dum vero nobis de Jure naturæ hactenus fuit omnis concertatio, hinc & in

in eo themate progredientes, facile vidimus, quod Illustris Vir ad omnia contraria propendeat, paragrapho siquidem citato decidit, daß man aus der natürlichen Vernunft nicht beweisen könne, daß die Blut-Schande ein Laster sey, auch nicht einmal in ansehen gleicher Linie. Hæc & eadem illa sunt, quæ *Illustissimus DN. a WALTZOGEN de conjunctione incestuosa venditare ausus est*, ut demum observari id sit necessum, quomodo error celeriter satis multiplicetur; Quod enim DN. THOMASIUS ex revelatione diffiteri non detrectat, & in quo circa principia juris Naturæ, qua nunc in gentilibus & hominibus peccatoribus reperiuntur adhuc eadem, solum fluctuat, hoc *Illustr. DN. BARONI* nunc jam porro, & longe quid maius esse videtur deliquium, incestum namque ægre impugnari, ac de eodem non probari posse per svadetur, quod *pri-mavis naturæ rationibus contrarietur*. Qua quidem via Pratoplatostis ipsos abs hac notitia excludit, & horridum Gentibus ac hominibus etiam maxime peccaminosis facinus perfectos primos homines non calluisse, opinatus est, Cum itaque hactenus aduertere non voluerunt multi sagaciores etiam Viri, quod in his talibus venditatis lerna lateat ipsa, & πειρωνύμος, hinc hujs reicauſa peculiarior istiusmodi hypotheseos habenda nobis fuit ratio, ut constet tandem omnibus & singulis, quod in codice Sacro exhibita lex non sit alia, sed eadem ipsa, quam naturæ inscripsit Almus Creator: quodque hoc ratione non distingui solide possit inter rationem jure naturæ vestitam, in quantum eadem, quod ad praxin & operationes adtinet morales, se imperfectiorem quidem, sed. non plane orbam experitur principiorum Juris naturæ, & inter rationem de principiis Juris Naturæ plenius illuminatam, in quantum nunc ex sacro Codice, absolutam Juris naturæ formam & cognata reliqua doctrinaliter accipit. Qicquid enim sit de hoc, quod Sacer Codex ipsam essentiam Juris naturæ prolixius explicuerit & monstraverit, quod, accurate loquendo, rudera demum Juris naturæ sint in peccatoribus nobis; quoad ipsam formam & essentiam Juris Naturæ tamen, non eadem alia est in

E 3

Gen-

Gentilibus & alia porro in fidelibus & creditibus: sed est unum & idem prorsus naturæ jus, quod gentilis simul ac credens habet, & secundum cujus regulam ac principia in commercio cum hominibus, ad societatem honestam disquisitus formandam, actiones suas normat ac componit.

## §. XXIX.

Videndum itaque nobis erit, quo jure munitus & quare ratione confirmatus *III. DN. THOMASIUS* hanc distinctionem operosius adeo urgere ac asserere potuerit? Ante omnia hic approbamus ingenuum istud decisum, quod Rabbinis non sit ubivis fidendum. §. 107. s. multo etiam consensu nostro potuit se *DN. THOMASIUS* ad Legem Divinam Lev. XII. 6. publicatam, recipere, §. 129. s. imo scite satis & hoc monetur, quod ratio legis divinae non sit scrupulosius querenda, cum nequidem legis humanæ proxima ratio singularis nobis & omnibi aliquando constet, §. 133. s. Verum quando capite antecedaneo secundo, agitur de officiis hominis, qua conjugalem societatem, quatenus eadem per rationem naturalem exhibita sunt & urgentur, ibique totus totus est in ea sententia, quod nec *Polygamia*, §. 200. s. nec *incestus* §. 220 s. Juri naturæ contrariantur, ut hanc opinionem omnibus ac singulis persuadere, plus quam molitus sit, hinc non inconveniens quidpiam, sed omnino commodum ac causæ toti congruum arbitramur propositum nostrum, quo rationes hunc in finem adlatas omni sinceriori modo, scrutari & terse removere constituimus, ita namque conspicuum evadet omnibus, qua firmitate dubia introducta polleant, quo & nexus argumenta nostra sint locanda, ut sic si non sigillatim, in tota tamen serie, id efficiant, cuius causa & gratia adducuntur; separatum namque dum consideratur hoc vel illud argumentum aliquando, leve id, insufficiens & proletarium haberi facile potest, quod tamen, si coordinetur cum aliis, robur multum sortitur, ut fidem introducat humanam & omnem contrarii metum abigat & expellat; Quinimo demonstratio probabilis verosimilia demum & hunc in finem pra-

præmittit, ut exsolvantur præjudicis hominum animi, neque tædeat ipsos periclitari vires, quas spe ac jure omni citius, multoties abjiciunt aliqui, aut præsuppotis impliciti, aut sibimet ipsis nimium fidentes.

## §. XXX.

Argumentum itaque primum nostrum, ut ordine Thomasiano procedat causa, est sequens:

Quia in ipsis affectibus insita est fuga quedam commixtionis cum parentibus & ex se natis. Vid. GROTIUS. De Jure B. ac P. II. V. XII. 5. Illustrationis causa adjicit etiam ibidem: Quippe cum ab ea commixtione etiam quedam animalia muta naturaliter abhorreant. Ita enim & alii existimarent, & ARNOBIUS adver-  
sus Gentes. Libr. V. Etiamne in matrem cupiditatis infan-  
tiae spem Jupiter cepit, nec ab illius appetitionis ardore  
horror eum quivit avertere, quem non hominibus solis,  
sed animalibus quoque nonnullis natura ipsa subiecit, & inge-  
natus ille communiter sensus? Extat de camelio & de equo  
Scythico nobilis in hanc rem narratio apud ARISTOTELEM Ani-  
mantium Historia nona, Cap. XLVII. & non dissimilis apud OPPA-  
NUM Libr. I. de Venatu. SENECA Hypollito:

Fera quoque ipsa Veneris evitant nefas,  
Generisque leges insciis servat pudor.

Non male ibi BECMANNUS p. 462. hanc addidit no-  
tam: Quamvis enim & DIOGENIS CHRYSIPPIque in con-  
trarium tendentia argumenta etiam apud Ovidium Myrrha repeatat;  
& Seldenus (De I. N. & G. Libr. I. Cap V.) elevet hujus generis  
imagines ac in dubium vocet, in quantum scil. juris proprie dicit  
sensus bestiis denegandus est: Non repudiari tamen emnino debet ille  
mos, (ut a principio diximus,) quo imagines quadam & simula-  
era in brutis ad commendandum ius naturale conquiruntur. Et de  
sensu consenuseque omnium Genium ac hominum non depravatorum  
eximia sunt, qua GROTIUS hic adulit. BOECLER. Haud ab-  
similia I. G. KULPISIUS, in Collegio Gretiano. Exercitatione  
IV. §. VI. Lit Z. p. 47. commentarii hic voluit, scribit etenim:  
Ego novissimam de qua adhuc disquirendum putavit (GROTIUS,) probo;

probo; Sicut enim in naturalibus dantur principia prima indemonstrabilia a priori, que suapte sponte in sensus incurrunt. Ita in moralibus quoque dantur, quorum veritas, absque ulla ratiocinacione intellectui recte conformato se insinuat, tale est hoc, a nuptiis parentum ac liberorum esse abstinendum. Quæ & ad instantiam de plantis ac bratis pertinere videntur, ea fideliter connexuit DN. HOCHSTETTERUS. in Collegio Pufendorffiano. Exercitacione IX. §. XIV. Lit. C. p. 407. Rami, ait Seldenus; non in radiem retorquendi, nec invicem implicandi sunt, sed alio, ut inseratur plantentur, traducendi. Testabuntur periti agricole, minus, quam alibi, fructuum latura in eum, ubi nata sunt, fundum projecta semina. Quod ne in tritico committant, solicite carent. Umbram quoque ejus rei, at altiarum virtutum imagines adumbrationesque quaesivit ac inventit ὁ πάντας de I. B. & P. II. s. 12. in camelo equo Scythico, Quicquid oganniant Diogenes & Chrysippus. Conf. De I. B. P. Prolegomanos multum ab initio; ibi: Nam & ceterarum animantium & q. s. & in notis ad eum locum. Ut summa argumenti hec sit: Ab qua commixtione naturaliter abhorrent bruta animalia, quaque infelix esse in plantis deprehenditur, ab ea tanto vehementiori detestatione abstinendum homini est. Add. Maimonid, Ductore Dubitanium. P. III. C. XLIX. p. 502. & 503. init.

## §. XXXI.

Hanc rationem ut infringat Ill. DN. THOMASIUS, generatim equidem §. 221. satur: Ob nun woll bey allen Völkern, welche sich ein wenig auff höfliche Sitten bekleissen, durch eine gemeine Einbildung eingeföhret ist, das man sich von der Heyrath gewisser Personen enthalten soll; So gehets doch überaus schwiehr zu dem Dinge eine tüchtige Ursache, Und welche aus der geselligen Natur des Menschen, wie die anderen Gebote, herfleissen, zu zulegen, Confitetur etiam, quod haec verba sint illastrissimi DN. PUFENDORFFII. & quidem VI. I. 28. p. m. 843. a. Sed monendum id hic denuo a nobis est, quod aduerlus regulam suam prævaricatus sit Ill. DN. THOMASIUS; Quam bene si quidem J. D. II. VIII. 46. p. 219. docuit: Ein jeder Mensch hat ein stetiges Recht, das ihn der andere soll unbetrogen lassen. tam incongrue

congrue Dno. Pufendorfii veram mentem & sententiam hic celavit. CULPISIUS namque distinctius jam notavit, quod, quamvis Pufendorfius, VI. I. 28. quodammodo dissentire videatur, & propterea etiam JO. MUSÆO. *Dissert de Conjugio.* §. 106. sit notatus, mox tamen n. 32. & Spec. Controv. c. 4. §. 21. diserte consenserit; Quid etenim clarius & expressius dici aut scribi poterat, quam hoc: *Hic igitur pudor non postrema causa videtur, quare ipso jure nature inter ascendentes & descendentes in linea recta connubia censeantur prohibita, presertim cum nullus unquam casus extiterit, nec probabiliter existere possit, ut servando generi humano, sororum admittendorum necessitas foret.* Sed & adjicenda est ratio illustris DN. THOMASII, quam §. 222. exhibuit, ita vero ratiocinatur: Etliche nehmen hit schlechter Dinge ihre zusucht zu den Abscheu der menschlichen Affectionen, als wenn alle Leute, welche durch böse Auffserziehung oder Lasterhaftte Gewohnheit nicht verderbet sind, in ihren Sinnen etwas befinden, das solcher Vermischung zwieder sey, welches eine klare Anzeigung wäre, daß sie im Recht der Natur verboten sey. Aber darauff haben schon andere geantwortet. Pufend. §. 28. conferatur Grot. II. V. XII. Iterum hic manifestum evadit unicuique, quod hic GROTIUS contrariam non tuitus sit sententiam; Videantur modo ipsa verba ejusdem, §. XXX. nobis aducta; Quod vero ad PUFENDORFIUM adinet, tunc verba ipsius sunt hujus tenoris: §. 28. *Nonnulli hic simpliciter ad abhorrentiam affectuum humana-rum configunt, quasi omnes, qui per pravam educationem aut vi-tiolum habitum non sunt corrupti, in ipsis sensibus deprehendant aliquid, tali commixtioni repugnans; id quod claro sit indicio, eandem natu-rali jure prohiberi.* Enim vero neque ista affectuum repugnantia apud omnes mortales, etiam quibus cultura sui cordi est, aquiliter deprehenditur, & eandem justantibus reponi non absurde potest, ipsam non tam ex congenito principio, quam ex diuiniis moribus, qui na-tura indolem mentiantur, provenire. Neque vero circa jus natura-erendum adeo tutum est solum iudicium sensuum atque affectuum consulere; cum ex adverso concludi posset, illa queque jure naturali precipi, in qua sensus & affectus acerrime feruntur; quorum tanzen

pleraque isti iuri adversari manifestum est. Iis vero cum recte ad-  
jecerit DN. HERTIUS hoc annotatum: *Non male ad abhorren-  
tiam affectuum humanorum configunt nonnulli, ut enim in nati-  
ralibus dantur principia, qua a priori demonstrari nequeunt, eo quod  
in sensu incurvant; ita in moralibus quoque deprehenduntur, quorun  
veritas absque ratiocinatione intellectui recte conformata se insinuat  
& hoc admittere Autorem ipsum, ex §. 32. liquet.* Ita adhuc li-  
quidius ex subsequentibus dispaleset, quod argumenta illa  
non divisim sint consideranda, & quod diuturni tales mores  
non naturae indolem mentiantur, sed multoties revera ad-  
huc habuerint, quod & tandem in hoc vetitum connisi sint  
& negata haec cupierint bruti quidam ac scelesti homines, sa-  
tis superque haec tenus demonstratum est; qua conscientia in-  
terior sic furere ipsis magis, quam agere lubuerit? id, dum  
alii professi sunt & horride deploraverunt, in ipsis etiam reliquis  
presumi omnino debet; stimuli namque conscientia ad tem-  
pus modo subigi, ac veritas non semper in injustitia detineri  
potest.

### S XXXI.

Argumentum potro secundum est hoc:

Quia secundum pricipia axiomata *Juris Nature*, non tantum  
quilibet se conservare debet in statu in quo constitutus, sed & eo  
solicite adiuti obligatur, ut honestis & legitimis mediis sortem sibi  
constitutam augeat, ampliet atque sic felicius emergat; id quod non  
per retroitionem ad stirpem ac stemma suum, sed per diffusas potius  
affinitates & latius sparsas amicitias amplius ac felicius efficiet.

Scribit propterea AUGUSTINUS. *De Civitate Dei. Libr. XV.  
Cap. XVI.* Cum igitur genus humanum post primam copulam viri  
facti ex pulvere, & conjugis ejus ex viro latere, marium foeminam  
rumque coniunctione opus haberet, ut gignendo multiplicaretur: Nec  
essent ulli homines, nisi qui ex illis diuibus nati fuissent, viri so-  
res suas conjuges acceperunt: quod profecto quanto est antiquius com-  
pellente necessitate, tanto postea factum est damnabilius, religione  
quibus esset utilis atque honesta concordia, diversarum necessitudinum  
vinculis

vinculis necterentur: Nec unus in una multis haberet, sed singula spar-  
 gerentur in singulos: Ac sic ad socialem vitam diligentius colligan-  
 dam plurima plurimos obtinerent. Pater quippe & sacer duarum  
 sunt necessitudinum nomina, ut ergo alium quisque habeat patrem,  
 alium sacerum, numerosissimae se charitas porrigit. Utrumque autem unus  
 Adam esse cogebatur, & filii & filiabus suis, quando fratres sororesque  
 coniugio jungabantur. Sic & Eva uxor ejus utriusque sexui filiorum  
 fuit & socrus & mater. Quia si dua famina fuissent, mater altera,  
 & socrus altera, copiosissimae se socialis dilectio colligaret. Ipsa deni-  
 que jam soror quem etiam uxor siebat, duas tenebat una necessitudines:  
 Quibus per singulas distributis, ut altera esset soror, altera uxor,  
 hominum numero socialis propinquitas augretar. Sed hoc unde  
 fieret tunc non erat, quando nisi fratres & sorores ex illis duobus pri-  
 mis nulli homines erant. Fieri ergo debuit quando potuit, ut exi-  
 stente copia inde ducerentur uxores, qui non erant jam sorores: Et  
 non solum istud ut fieret nulla necessitas esset, verum etiam si fieret ne-  
 cessitas esset. Nam eti si nepotes primorum hominum, qui jam consobri-  
 nias poterant acciperent conjuges, sororibus matrimonio jungentur:  
 Non jam due, sed tres in homine uno necessitudines fierent, que propter  
 charitatem numerosore propinquitate nectendam, disseminari per sin-  
 gulos singula debuerunt. Eset enim unus homo filius suis fratris scilicet  
 sororique conjugibus, & Pater & sacer, & avunculus: Ita & uxor  
 ejus, iisdem communibus filiis & mater & amita, & socrus. Iti-  
 demque inter se filii eorum, non solum essent fratres atque conjuges,  
 verum etiam consobrini: qua & fratrū filii. Omnes autem iste  
 necessitudines, qua uni homini tres homines connectebant, novem  
 connecterentur, si essent in singulis singula: ut unus homo haberet alte-  
 ram sororem, alteram uxorem, alteram consobrinam, alterum pa-  
 trem, alterum avunculum, alterum sacerum alteram matrem, al-  
 teram amitam, alteram socrum: Atque ita se non in paucitate co-  
 artatum, sed latius atque numerosissimae propinquitatibus crebris vin-  
 culum sociale diffunderet. Quod humano genere crescente & multiplicato  
 etiam inter impios Deorum multorum falorumque cultores sic obser-  
 vari cernimus: ut etiam si perversis legibus permittantur fraterna  
 conjugie, melior tamen consuetudo ipsam malit exhorror e licentiam

F

Et

*Et cum sorores accipere in matrimonium primis humani generis temporibus omnino licuerit, sic aversetur, quasi nunquam licere poterit. Ad humanum enim sensum vel alliciendum, vel offendendum, mos valet plurimum. Qui cum in hac causa immoderationem concupiscentia coercat, cum designari atque corrumpi merito esse nefarium judicatur. Si enim iniquum est aviditate possidendi transgressi limitem agrorum, quanto est iniquius libidine concubandi subverttere limitem morum? Experti autem sumus in connubiis consobrinarum etiam nostris temporibus propter gradum propinquitatis fraterno gradui proximum, quam raro per mores siebat, quod fieri per leges licebat: Quia id nec divina prohibuit, & nondum prohibuerat lex humana. Veruntamen factum etiam licitum, propter vicinitatem horrebarum illiciri: Et quod siebat cum consobrina, pene cum sorore fieri videbatur: Quia & ipsi inter se propter tam propinquam consanguitatem fratres vocantur, & pene germani sunt. Fuit autem antiquis paribus religiosa cura, ne ipsa propinquitas se paulatim propaginum ordinibus dirimens, longius abiret, & propinquias esse desisteret, eam nondum longe positam rursus matrimonii vinculo colligare, & quodammodo revocare fugientem. Unde jam pleno hominibus orbe terrarum: non quidem sorores ex patre vel matre, vel ex ambobus suis parentibus natae, sed tamen amabant de suo genere ducere uxores. Veruntamen quis dubitet honestius hoc tempore etiam consobrinarum prohibita esse conjugia: Non solum secundum ea qua disputavimus propter multiplicandas affinitates, ne habeat duas necessitudines una persona, cum duae possint eas habere & numerus propinquitatis augeri: Sed etiam quia nescio quomodo inept humane verecundia quiddam naturale arque laudabile: Ut cui debet causa propinquitatis verecundum honorem, ab ea contineat, quamvis generatricem, tamen libidinem, de qua erubescere videmus & ipsam pudicitiam conjugalem. Eadem habet CHRYSOSTOMUS. in I. Cor. Homil. 34. Conf. & PLUTARCHUS in Problem. Rom. c. 108.*

*S. XXXII.*

*Excipit hic GROTIUS: Illa ratio De latius spargendis amiciis per diffusas affinitates. non tanti est ponderis, ut quod contra sit, irritum aut illicitum censi debat. Neque enim quod minus*

minus utile est, siatim & illicitum est. Adde quod accidere potest, ut  
hunc qualicunque utilitati alia major utilitas repugnet, neque eo dum-  
taxat casu, quem Deus in lege Hebreis data exceptit, ubi vir quis-  
pam sine prole obicit, cui non dissimile est, quod de virginibus ex-  
esse hereditibus, quas ἐπιχείρησος vocant & Hebrae & Attico jure con-  
stitutum est, ad conservandas scilicet in familia res avitas, sed aliis  
multis, qui aut conspicisci solent, aut excogitari possunt. Et consen-  
tit DN THOMAIUS. III. II. 223. Sed (a) Neque hoc argu-  
mentum separatim & in oppositione quadam adducendum.  
(b) fortē suam honestis & legitimis mediis augere, ampli-  
are & sic felicius emergere, revera est bonum aliquod & per  
semetipsum expetibile; quicunque igitur media ad hunc finem  
ducentia, dum retro cedit a spargendis amicitiis & diffun-  
dendis affinitatibus, non adhibet atque sic partibus suis in  
eo ipso non bene consulit, ille omnino facit, quo secundum  
regulas I. N. est illicitum, perniciolum & vituperabile (c)  
Comparativa illa inter utile & majus utile nos non offendit  
utrumque tramitem recti servat; veruntamen, ubi uti-  
le secundum regulam recti procedit, majus utile vero abs  
eadem recedit, ibi quod prioris solum sit habenda ratio, &  
posterioris aversandum sit, nemo facile disputabit. (d) Exem-  
pla de ducenta fratribus, & virginibus ἐπικληποι; ipsum Dei man-  
datum & ejus ordinationem presupponunt ac habent, & pro-  
pterea pie olim admissa sunt, quicquid & poster vel con-  
spici, vel excogitari potest, ac ceu majus utile judicari, illud,  
si secundum regulam justi, honesti & decori examinabitur inte-  
gre, quod ad connubia adtinet, non tetrogredietur ad stirpem,  
sed tutius ac rectius omnino ad propagationem contendet.  
Non etenim licet utilitates privatas honesto publico miscere:  
Non licet utilitates penitus illicitas; Non licet per neglegatum  
honestatis; Non licet alio quam publici boni fine. Licet autem  
necessario tempore, honestatis semper habitu respectu praeci-  
puo, ad eam cum ratione obtinendam, ea quae possumus, iis  
quaes volumus miscere; idque caute & cum erudita quadam  
contemplatione: sine versutia, nequitii, frandise, temerita-  
te.

te. Nisi etenim utilitas secum conjunctam habeat honestatem, vanus omnino labor est, qui ei impenditur. Honestum enim ac moderatum jucundo ac dulci præponendum, ut ait ARISTOTELES. Quivero præsente utilitate æquitatem metitur, tum veritatis parum sincerus judex est, tum sui emolumenti & commodi studiosior: Vid. REINHARDUS Theat. P. E. IV. XII. I. 12.  
1. Item 3. 13. IV. XIV. 50. 1.

§. XXXIII.

Sequitur Argumentum tertium:

*Quia in conjugio incestuo si etatis magna disparitas, unde æterilitas consequatur, aut male conformata sboles. Legimus euidem GROTIUM satis leviter judicavisse de hoc momento: Mirari siquidem inquit, libet Socratis commentum apud Xenophonem, qui in conjugiis talibus nihil culpandum invenit, prater etatis disparitatem: unde æterilitatem ait sequi, aut male conformatam sbolem: Quia sola ratio, si tali conjugio obstatet, certe nec irritum esset, nec illicitum, non magis quam inter alias personas, quarum etas tot annis distat, quor annis parentes liberos solent procedere. II. V. XII. 4. Eadem habet PUFENDORFIUS. VI. I. 32. & accepit DN. THOMASIUS, qui & adjecit hoc epiphonema: Welches aber sehr einfältig heraus kempt. III. II. 226.*

Sed iterum (1) non erant sejungenda, quæ coniunctim adserri debebant, & imparitas ætatis, veluti in se & in alias licitis matrimonii habet, aduersus quæ censura multa venit à Consistoriis, observanda, ita in casu incestus hoc clarius conspicua est, quo simul abs aliis prægnantibus momentis oppugnatur (2) Nee ea propter, quia in conjugiis disparis ætatis aliquando successu suo non caruit cohabitatio, argumentum ipsum universaliter repudiari potest; Cum enim Anne 1723. DN. DAN. FRIDER. HOHEISEL J. & P. D. Lectiones suas hibernas indicaret & in Programmate peculiari, Dispositionum juris Divini positivi De incestu fundamenta, ex sana ratione petitæ & petenda exhiberet, non habuit jejunam & turpiter simplex hoc argumentum, sed solide potius scriptis IX. Accedit & aliae easdemque magni momenti ratio, disparitas nempe annorum. Quod si enim jam adulso & regenda familia idoneos liberos supponas, ipse judices, veline

velim, num sperandum sit, ut pater filia sua restinguere libidinem per longum annorum decursum queat & nonne porius id sit eventurum, ut filia per viginti & aliquor annos amoris inquietetur oestro, frustra a Patre expectans medelam: Cogita, queso, an filius matrem ducens, quae tot annis eam superat, liberos ex ea sit procreatus, quod cum vix ( nisi unsforse alterave vice ) eventurum sperari queat, foedum hunc atque abominandum concubitum fini matrimonii repugnare evidenter intelligitur. Quam modo allegavi, ratio magis adhuc stringit in matrimonio, vel potius matrimonii simulacro cum nepte & nepo te, & sic porro, contrahendo. Tu quares forte cum nonnullis: An id in infinitum usque procedat, ira ut si Adamus terris hisce restitus, uxorem quereret, nullam posset inventire? Paucissimis regero: Autum nali hocco tempore istam prepostaram questionem esse, que canicularibus diebus proposita, aut veniam, aut miserationem ( si non catenas aut vincula ) mereretur.

## §. XXXIV.

Succedit argumentum quartum:

Quia diversa nomina amicorum horride confunduntur. Agnovit hoc GROTIUS, hinc II. V. XII. 2. graviter docet: Ab hac generalitate excimo matrimonia parentum cuiuscunque gradus cum liberis, que quoniam licta sint, ratio ( ni fallor ) satis appareat. Nam nec maritus qui superior est lege matrimonii, eam reverentiam potest prestare matri, quam natura exigit, nec patri filia: Quia quam inferior est in matrimonio, ipsum ramen matrimonium talem inducit societatem, qua illius necesse studinis reverentiam excludit. Bene PAULUS *Eccl*sias, cum dixisset in contrahendis matrimonii naturale jus & pudorem inspicendum, addidit contra pudorem esse filiam suam uxorem ducere. Talia igitur conjugia haud dubitandum quin & illicita sint, & irrita insaper, quia vitium perpetuo effectui adharet. Et DN. BECMANNU斯. in *Nota II.* p. 461. cum retulerat discursus MYRRHÆ ac aliorum, ita pergit: *Vetus Epitaphium*. Hersilius hic jaceo, mecum Marilla quiescit, quæ soror & generatrix, quæ mihi sponsa fuit. Vera negas, frontemque trahis, anigmata sphingis credis? Sunt Pythio vera magis tripode. Me Pater e nata genuit, mihi junxit illa; sic soror & conjux, sic fuit illa parens. PHILO *Judeus*,

de specialibus legibus, dum invehitur in Persas, connubia cum matribus  
admitentes, addit: Quo nihil excoigitari potest magis impium, conspur-  
cari defuncti patris thalamum, cui maxima debebatur religio, matri  
exhiberi nullam reverentiam, filium eundem & maritum fieri, ma-  
trem vicissim uxoris nomen assumere, communes liberos patris quidem  
fratres, matris vero nepotes censi. Hanc prolis sua matrem simul  
esse ac aviam, illum filiorum parrem ac fratrem uteriuum. PUFEN-  
DORFIUS. VI. I. §. 32. Epitaphio superiori adiiciendum est  
illud, quod SANNAZARIUS *Lucretia*, qua cum, ceu filia sua  
notha, horrendo incestu rem habuit ALEXANDER *Papa VI.*  
posuit:

Hic jacet in tumulo *Lucretia* nomine, sedre  
Thais, *Alexandri* filia, sponsa, nurus.

Et DN. BERCKENMEYER. in dem Getreuen *Antiquario*. refert  
p. 206. quod in templo cathedrali Lubecensi Lapis monstretur,  
de quo perhabeant multi, quod exalatum fuerit in ipso:

Wunder aver Wunder,  
Hier Liegen dree dorunder:  
Vader, Sohn un de Moder,  
Sulster, Dochter un de Broder,  
Mann un Wyff,  
Dree Seelenun en Lieff:

Nil hic valebit exceptio *Illustris* DN. THOMASII: Ich weiß  
nicht warumb sie die Sachen nach den Worten abgemessen und  
nicht andie bekante Regel gedacht: Das die Wörter der dinges  
halber, und nicht die Dinge der Wörter halben erfunden. Ha-  
buit BECMANNUS argumenta sua ex PUFENDORFIO, quod  
sincere signavit, sed quam multa etiam sint, quæ quoad Linguam  
inventam moneri poterant, hic tantum id indicare volumus,  
quod, qua fide ill. DN. THOMASIUS hic subiicere assertis  
fuis potuerit PUFENDORFIUM, pervidere non potueri-  
mus; Verum est, quod argumentum hoc nostrum exordia-  
tur §. 32. his verbis: *Ostendere quoque ejusmodi conjunctionum fo-*  
*ditatem exinde QUIDAM VOLUERUNT &c. sed dum absolvit*  
*causam, hoc consensus sui adjicit documentum: NON MI-*  
*NUS*

NUS detestabile est, quod de Incolis insula Ceilon referunt, Patrem ibi nubentis filia virginitatem delibare, addita ratione oppido quam inficeta; Equeum esse, ut ex arbore, quam ipse plantavit, primos fructus carpar. Quem fadum colorem etiam incesto suo pretextum CHACH-JEAN apud BERNIER. De reb. in Regno Mogolis. Hinc potius DN. HERTII adhuc excerptum ex SÖPHOCLE exhibebimus :

O nuptia! nuptia!

Gennistis nos & postquam gennistis, rursum  
Remittitis idem semen atque exhibuitis  
Fatres, fratres, liberos, sanguinem cognatum,  
Sponsas, uxores, matresque, & quae  
Turpissima inter homines censemur.

§. XXXV.

Venit & Argumentum quintum.

Quia communio sanguinis in incestuosis congreffibus reperiatur destabilis. Notum hic habemus atque sic ceu præsuppositum ducimus (a) quod consanguinitas, ea personæ cuiuspiam sit proximitas, qua pro fundamento habet originem & descendens ex communi stipite: Quocunque siquidem dona & bona Almus Creator hominibus tribuit ad multiplicationem generis humani, eadem singula hominum paria fideliter dispensant, hunc in finem, ut genus humanum gaudeat sua diuturnitate usque ad terminum a Sapientissimo Numine præfixum & constitutum, quemadmodum ergo Summus ille propagationum omnium autor ac moderator dedit omnibus vitam, & spiritum & omnia, & fecit ex uno sanguine, quodvis genus hominum habitare supra totam faciem terræ, ita & singula hominum paria, quod suum est in hac parte, dum exsequuntur, eo ipso ipsum sanguinem suum diffundunt ad descendants. Illi vero descendants, (b) qua stipitem suum communis fruuntur sanguine, & ut ipsum denovo propagent, ipsa natura duce excitantur, quodvero retroire ad stipitem non debeant, id per argumenta reliqua non habent tantum, sed etiam per ipsam rationationem, quæ a causa instituitur ad effectum, mirabili nexu

G

acce-

acceperunt, ut tam exempla, non retro, sed profluentius se diffundentium conjugiorum, sequelam & imitationem admis-  
rint pene universalem; quam & contravenientium & perva-  
so ac rupto ordine retrogredientium aut inconvenienter di-  
vagantium concubituum portenta, habuerint stigmata in con-  
scientiis sceleratorum, & aversationem apud saniores omnes,  
quibus detestatum fuit tale flagitium. Accedit (c) quod eti-  
am semper ratio directa dari nequeat, inde tamen ad im-  
pugnationem rei ipsius nondum sit aperta via; Quam vere  
siquidem LUCRETIUS scripsit:

*Multa tegit sacro in arcano Natura: neque ullis  
Fas est scire quidem mortalibus omnia: Multa  
Admirare modo, nec non venerare, neque illa  
Inquires, qua sunt arcanis proxima. Namque  
In manibus que sunt, hac nos vix scire putandum.  
Est procul a nobit adeo praesentia veri.*

Tam vere tamen id admirandum est, quod communis homi-  
num multitudo, & tam unanimi praxi, iverit in consensum  
fere universalem, propter sanguinis horridam confusionem, a-  
versanda esse conjugia in stipitem retro tendentia; Unus ist frey-  
lich kein geringes (quod scribit Giessenium Professor, DN. J. C.  
LANGE. in dem dreyfachen Unterricht. Parte II. S. 66. p. 85. f.)  
Dass Gott dem Geiste des Menschen eine so edele Activitat ver-  
liehen hat, krafft welcher, (wen sie anders recht erwecket und ge-  
brauchet wird,) Er durch selbst eigenen Vorbedacht und Vor-  
sat, sich den willen seines Schöpfers conformiren, auch zu dem  
Ende alle seine Empfindungen, Begierden und Wirkungen,  
nach aller deren Beschaffenheit und Umständen, desgleichen  
nach allem derselben Werth und unwert, in sich bedenken und  
betrachten, ferner auch das Unstündigste davon erwählen, und nach  
dieser vernünftigen Prüfung und freyen Willkür, sich im  
Zuhn und Lassen selbst also regieren kann, das, wenn er sich al-  
les des besagten vorher bewusst ist, Er dessen in sowiet mächtig  
sein kann, das er in seinen Meinungen und Beurtheilungen  
auch andern seinen Wirkungen und Werken, sich schlechter  
Dinge

( o )

Dinge nach ihnen zu richten, nicht gehalten ist; Auch folglich, wo er sie zu übermeistern nicht allezeit vermag, er dennoch ihnen dergestalt vermögend ist zu widerstehen, daß wenigstens so lang, als er sich selber in ihren Gehorsam nicht ergiebt, sie die Oberhand bey ihm nicht nehmen können. Causam proinde, solidiorum minus, non invenit III. DN. THOMASIU*s* ut scriberet §. 229. Die aber hier nichts anders vorbringen, als daß durchs natürliche Recht die Ehe in auffsteigender Linie ohne Ende verblossen sey, wegen Gemeinschaft des Gebüsches, welche sich in den vorigen Graden allerdings fände, die verknüffen den Knoten mehr, als daß Sie ihn aufflösen sollen; Denn es ist dunkel zu verstehen, wie die natürliche Gemeinschaft des Gebüsches eine moralische Wirkung zu wege bringen könne. Posthac etenim demonstrabitur omnium clarissime, quod hæc ratio, de non confundendo sanguine seu carne, ipsi Deo fuerit selecta, Qui & propter ea rationem hic subesse moralem solide satis docere voluit atque pro sapientia sua irreprehensibili omnino potuit.

### §. XXXVI.

Præcipue etiam urgendum est Argumentum sextum:

Quia adversus reverentiam, parentibus inviolabi jure & obligatione prestandam, pugnat incestus in linea directa. Cessat siquidem, simulac scelerissimum tale oritur facinus, reverenda veneratio, quæ vel judicio gentium eo ascendit, ut DEORUM nomine &, loco testimandos arbitrati sint parentes. Vid HIEROCLES. Libro peculiari, quomodo erga parentes agendum sit? & PLATO. Libr. II. De LL. conf. Cicero qui addicit eo tendentia PERSEI verba. Libr. I. De Natura Deorum. Non ergo manere amplius posunt eo loco, quo divinitus constituti, ipsorum Gentilium testimonio creduntur. Nam nec maritus, qui superior est lege matrimonii, eam reverentiam potest præstare matri, quam natura exigit, nec patri filia: Quia quanquam inferior est in matrimonio, ipsum tandem matrimonium inducit talam societatem, quæ illius necessitudinis reverentiam excludat. Vid. GROTIUS, l.c.

G 2

### §. XXXVII.

Retulit equidem hoc argumentum *Illust. DN. THOMAS* inter ea, quibus plus sit tribuendum, §. 230. Interea tamen statim §. 231. subiicit: Doch mangelt es auch nicht an Bieders rede, so davieder aufgebracht werden kann. Statim & addit rationem *primam* oppositionis sue, his verbis: Demn wenn man die Eherbietung von der Schamhaftigkeit absondert, so scheinet es eben so ungereimt nicht, das eine Mutter ihren Sohn, welcher sein eigen Herr ist, heyrathet, weil es doch woll angehet, das der Mann der Frau, ihrer Thugend, Weisheit, oder vornehmen Standes wegen Eherbietung erweise; vielmehr konne die Tochter die ihren Vater geheyrathet hat, nebenst dem ehelichen Gehorsahm, ihm auch kindliche Eherbietung erweise, wen die Schamhaftigkeit nicht im Wege stünde. At enim vero R. (a) quod jam sepe monuimus, non sunt divellenda, quæ conjunctim congreganda ac cordinanda potius erant, ut omnem contrarii metum expellerent. (b) *Aestimare* quin suspicere ac admirari potest ac debet Maritus omnes conjugis sue dotes ac dona animi, corporis ac fortunæ, imo casus extitere plurimi, ubi maritus imperium Conjugis, salvis matrimonii iuribus, lumbens admittere voluit. Vid. *Eruditissima Dissertatio, Celeberrimi quondam Professoris Gryphici, DN. JO. PHILIPPI PALTHENI: De Marito Regina.* Ait tamen exinde *reverentia parentalis* non collocanda est in parem cum illis classem, nec conjugale obsequium cum filiali statim æquabitur; Ad stipitem enim dum retroire & maritali ac conjugali jure retrogredi, nemini descendentiū liceat, quod infra luculentius docebitur; tunc hinc & reverentia liberorum, qua parentes venerantur, alias utique & separatisimæ erit classis ac ordinis modus; injustum vero habendi ac possidendi rem, irritum ac illicitum sustinendi actum, & ejus, quod dictamini rectæ rationis adversatur, tentandi prævaricationem, nemo potestatem sortitur, & si, vel iustissimis comexeret viis ac ordinibus, machinationes & facinora sua, rem tamen ipsam in se & sua natura legibus difformem, non efficiet legitimam eo ipso:

Scelus

*Scelus oculisse proprium, immensus labor,  
Idemque inanis irritusque: Quidlibet  
Parer, at ipsum non potes te fallere:  
Nam se latere nullus unquam visus.*

Vid. PIBRACIUS: in Tetraastichis. Num. 5.

J. XXXIX.

Processus est hic DN. THOMASIUS, das er woll ehe gemeinet, die Chreerbietung wäre Ursache, warum die Ehe in gleicher Linie verboten; Und daß diese Meynung durch die eingeführte Wiederrede nicht widerlegt sei, weil von der Chreerbietung, welche aus einer menschlichen That beruhret, und darinnen etwas nachgelassen werden kan, auff die von Natur unmittelbar schuldige Chreerbietung, in welcher nichts kan nachgelassen werden, kein tuchtiger Schluss zu machen. s. 223. Sed nihilo tamen secius mox subjicit J. 234. Wenn wir aber die Sache beym Lichte besehen, so thut diese Antwort dem Einwenden kein Genüge, nicht als wenn es falsch wäre, daß die Chreerbietung der Unterthanen, vermittelst einer menschlichen That entstünde, (wie man insgemein davor hält, woon unten an seinem Orth,) und also mit der Chreerbietung die man den Elsten schuldig ist, gleiche Bewandtnis hat, wie mit der Chreerbietung, mit welcher wir den Eltern verbunden sind, sondern weil es der Wahrheit nicht allerdings gemäß scheinet, daß die Chreerbietung gegen die Eltern gar nicht nachgelassen werden könne. Denn ob wir gleich, wenn wir zu der väterlichen Gesellschaft kommen werden, beweisen wollen, daß so lange die Kinder in der Eltern Brode sind, allerdings nothig sei, daß sie ihnen Chreerbietung erzeigen, weil man sich keinen Gehorsam ohne Chreerbietung, und ohne Gehorsam keine Aufferziehung einbilden kan, und also die Eltern, weil sie zu Aufferziehung ihrer Kinder verbunden sind, ihnen die Chreerbietung nicht schenken können; So wird doch zugleich aus dem, was dafelbst gesagt werden soll, erhellten, daß nach geschehener Aufferziehung, wenn der Gehorsam auffhört, allein die Chreerbietung bleibe, welche zum Andenken der vorigen Wohlthaten, den Eltern erwiesen werden muß, und weil derselben bey den Eltern ein blosses Recht ohne beygesetzte Obligation gegen

über siehet, so sehe ich nicht warilm nicht auch die Eltern sich davon los sagen, und selbige den Kindern erlassen könnten, besonders da in einer ehrbahren Vertraulichkeit kein Laster zu finden.

Jamdiu mirati sumus hæc dicteria, judiciosissimi alias & acutissimi VIRI, nec operam requireret prolixiore, ut probaremus, quomodo reverentia parentibus praestanda, & emancipatos & privilegiatos promiscue teneat liberos omnes, qua quidem se abdicare parentes per ipsam naturam non possint, & cui se per idem illud momentum liberorum nemo, quo usque vixerint parentes, subtrahere valeat; Quod & eadem tam ob beneficia haetenus accepta, quam speciatim & prerogativa multa, ob stipitem ipsum & ordinem propagationis procedat, facile demonstraremus. Verum cum domi jam invenerit, quod quomodocunque sufficere potest & inferiorius præterea causa tota ad solis discum elevabitur, hinc cum DN. HOHEISELIO. ex Programmate citato, & quidem §. VII. s. causam etiam hanc imprimatur finiemus: Non formari potest, inquit, juventus, non redigi in ordinem, uno verbo: Educatio obtenta est impossibilis, nisi imperium parentibus competat, atque huic corresponteat liberorum obedientia. Inde est, cur liberij habeantur parentes obsequio prosequi, complecti veneracione, ut scilicet utilia redditantur societatis humanae ac civilis membra, & tali modo ipsorum ius ævi salus promoveatur. Habet hic rationem a revelatione neutrata quidem unguem recedentem, quod enim primum Apostolus præceptum appellat, promissa felicitate munitum, idem illud & primum, & ipsorum liberorum utilitatem directo intendens, præscribit ratio. Cum e contrario reliqua omnia & adiutorio porissimum obstringant, & ista immediate felicitatis spe desituantur. Nec est quod huic imperio eique opposito obsequio renunciare parentes posse existimes, non enim id imperium pro parentibus, sed in gratiam potius liberorum est introductum; hinc & comminationis divina, quia Patrum delicta usque tertiam & quartam generationem ulturum se proficitur Deus, liquet ratio: Nisi enim parentes exemplo atque institutionibus lubricam istam, atque (ut ita loquar) ceream liberorum etatem flectant, quid aliud evadere potest, quam mali corui malum ovum. Aut veherenter

menter deceptus sum, aut meridiana luce clarus ex dictis eluescit, parentes a nefando cum liberis concubitu, quamdui educatio non est abtenta, vel solius rationis dictamine preeunte, arceri. Ast excipies, tunc saltet ipsis licet matrimonium contrahere cum liberis, postquam educatio jam est obtenta. Sed vero dispicias, queso, nonne vel ipsa spes futuri amplexus, imperio, obsequio, exactioni, castigationi atque increpationi, quatenus apprime necessaria sunt, e diametro repugnet? Sinegas id ipsum, non tales tibi concipis homines, quales sunt, sed quales in Stoicorum cerebro, ore, scriptis, praterea nusquam diaprehenduntur. Unde &, nisi me omnia fallant, factum est, ut nonnulli e stoicorum schola matrimonia isthac licita reputarent, nescio quam ~~an~~<sup>ad</sup>deceav, humana sorte superiorum, in sapiente sibi suo imaginati.

## XXXIX.

Succedit sic tandem Argumentum septimum: Quia ipse pudor, verecundia, imo inevitabilis horror concubitus hujus sclesti plus quam detestabilem designant rationem & enormissimum delinquum. Seniorem quippe, scribit PLATO Libr. XXXI. Dialogo V. De Republica. p. m. 593, f. Lex nostra constituit praesse omnibus junioribus, eosque corrigerre. Perspicuum id quidem. Constat praterea, quod junior in seniorem nisi iussi principum seviet nunquam, neque cadere andebit, ut decens est, neque ignominia ulla afficeret. Metus namque & pudor custodes sunt ad hac prohibenda sufficientes. Pudor quidem non permettit eos, quos parentes suspicantur, violare. Metus autem ab injuria absterrabit quemque, timentem scilicet ne, ceteri omnes partim ut filius, partim ut fratres, partim ut patres, oppresso succurrant. Conf. MARSILIUM FICINUM. p. 225. f. 290. p. 375. Hinc & Ill. PUFENDORFIUS L. I. c. II. S. 7. p. 29. docet: Fatemur, sapientissimum Creatorem animis hominum indisse affectum pudoris, qui effet velut custos virtutis & validum frenum reprimenda malitia. Probabile quoque videtur, ni Deus voluisse hominem suas actiones ad legem componere, ipsum hunc affectum, animis humanis non fuisse insitum, cum citra hoc nullus ejusdem usus appareat. Enimvero nihil repugnat, qualitatem aliquam moralern, queaque adeo impositioni suam debeat originem, in homine saltet

mediate producere effectum physicum; quippe cum anima, corpori saltem conjunctissima, dum ista moralia apprehendit iisdemque afficitur, eo ipso quoque motum parti alicui corporis possit imprimere. &c. Imo de pudore in re venerea L. VI. l. 31. p. 849. adjicit: Deinde quia affectibus per lapsum corruptis, prava libido per eas partes magno velut cum impetu erumpere ardet; Et vero cardo omnis decori ordinis in societate humana in hoc vertitur, ut propagatio sibyllis sanctis legibus circumscribatur; igitur dignitati sua conservanda simul que prescindendis illicitae aut intemperiosus veneris occasionibus studens natura istum pudorem commenta est, quo & solite ista membra tegerentur, ne oculis semper exposta irritarent libidinem quovis tempore paratam; & eo magis venere illicita abstineretur, quod & legitimam non nisi recte & remotis arbitris obire pudoris teneritas subigeret. Inde Protoplasti, post depravatum effectum harmoniam, cum illis partibus inordinatam libidinem sibi velut portam struisse animadverterent, merito pudore suffundebantur, tanta in se imperfectione jam deprehensa, cui utrinque a tegumentis non nihil remedii arcessitum ibant. Sed quod multas apud Gentes iste nuditatis pudor exoleverit, id initium sumisse crediderim ab egestate, dum in regiones incultas delati homines, deritis, quas habebant vestibus, materiam aliis tegumentis non inventirent, nec per temperiem Coeli valde desiderarent. Indo cum vestibus pudor hicce paulatim periret; cujus vestigia tamen retinuerunt, qui exiguo velamento pudenda abtexerent; Unde ad plenam nuditatem facilis est transitus. Iste porro pudor insigniter intenditur aduersus illas personas, quibus natura reverentiam quandam debemus, aut adversus quas gravitatem quandam pra nobis ferre debemus, quales pricipue sunt parentes & liberi: Ita ut qui per eundem non reprimatur, quominus in familiarem istam corporum commixtionem descendere non vereatur, effronni prorsus ingenio & qui nullum aliud facinus sit formidatur judicetur: Quique adeo maximo inter Homines morbo labore, impedita, uti eam vocat Euripides. Medea V. 471. Inde vero tandem commotum se declarat Ill. DN. PUFENDORFIUS, ut partes nostra acceptaret, Hic igitur pudor inquit propterea §. 32. p. 850. non postrema causa videtur: quare in ipso jure natura, inter ascendentes & descendentes in linea recta connubia censeantur prohibita-

bibita. Conf. ARNISÆUS. De Republica. Cap. IV. Sect. §. n. 28. f.

p. 188.

§. XL.

Sed nec hic defuit Ill. Dn. Thomaso, quod objiceret, generatim enim §. 243. excipit, die böse Lust, welche vornehmlich und zwar mit Recht zum Fundament der Schamhaftigkeit gesetzt wird, ist aus der Vernunft schwerlich zu beweisen. Verum ad hæc respondemus (i) quod utique ex ratione, principiis Juris natura instructa, cognoverint malam concupiscentiam Gentiles, quid enim clarius doceri potuit ultra verba Seneca, Ep. XCIV. p. m. 591. exhibita; *Duo sunt*, inquit, propter quæ delinquimus. Aut inest animo pravis opinionibus malitia contracta: aut etiam, si non est falsis occupatus, ad falsa proclivis est, & cito specie, quo non oportet, trahente corrumpitur. Itaque debemus aut percurare mentem egram, & virtus liberare; aut vacantem quidem, sed ad pejora pronam, præoccupare. & Libr. III. De Ira. Cap. XXVI. p. m. 58. scribit: *Omnes inconsulti & improvidi sumus, omnes incerti, queruli, ambitiosi.* Quid lenioribus verbis ulcus publicum abscondo? *omnes mali sumus.* Quicquid itaque in jalio reprehenditur, id unusquisque in suo finu inventer. Quid illius pallorem, illius maciem notas? pestilenta est. Imo & ipsam concupiscentiam novit, hinc Lib. VII. de beneficiis. XXVI. p. m. 381. perorat: *Adspice, quemadmodum immensa hominum cupiditates hent semper, & poscant: Non miraberis ibi neminem reddere, ubi nemo satis accipit.* Quis est istorum tam firme mentis ac solida, ut tuto apud eum beneficia deponas? Alius libidine insanit, aliis abdomini servit, aliis lucri torus est, cuius summam non vinces: Alius invidia laborat, aliis cœca ambitione, & in gladios ruente. Adjice torporem mentis ac senium & huic contraria inquieti pectoris agitationem, tumultusque perpetuos, adiace affirmationem sui nimiam & rumorem, ob qua contemmndus est, insolentem. Quid contumaciam in perversa nitentium, quid levitatem semper alio translientem loquar? Huc accedat temeritas praecips & numquam fidele confluum daturus timor, & mille errores, quibus volvimus: Audacia timidissimorum, discordia familiarissimorum, & publicum malum, insertissimis fidere, fastidire possessa, optare, qua

H

consequi

*consequi posse, spes non fuit.* Quamvis & (2) Apostolus Paulus, de se, cum tam Judæos, quam Gentiles audiverat & ab utrisque fideliter informatus esset, dixerit Rom. VII. 7. *Nam etiam concupiscentiam non neveram, nisi lex dixisset, non concupisces.* certum tamen id est, quod de Concupiscentia actuali non loquatur, sed potius de Originali, & optime commentatus est D. Jo. Guntnerus ad hunc locum: wenn Paulus saget: Ich weiß nichts von der Lust / wo das Gesetz nicht hätte gesagt: Laß dich nicht gelüstten. so redet er von der bösen Erb-Lust, und derselben ersten Regungen, darein man doch nicht williget, und die man in seinen Herzen nicht heget, sondern vielmehr darüber streitet. Denn Er redet von derjenigen Lust, um derentwillen Er fleischlich war, v. 14. welche dem Gesetz in seinem Gemüthe wiedertritte, v. 23. welche ihm von Natur angehangen, v. 21. Das ist mit einem Worte, von der bösen Erb-Lust, von der bösen Zuneigung, die in unserer Natur stecket. Von derselben saget Er, ich wußte nichts von der Lust, wenn das Gesetz nicht hätte gesagt: Laß dich nicht gelüstten. Denn unsere Vernunft kan sich nicht einbilden, daß die natürliche Verderbnis, und die böse Zuneigung, deren wir uns nicht erwehren können, eine so schwere Sünde seyn sollte, welche uns zur Verdammnis könne zugerechnet werden. Allein das Gesetz saget uns solches, wenn es uns in den neundten und zehenden Gebot zuruffet: Du sollt nicht begehren, da es uns denn nicht allein in dem neundten Gebot durch die Worte ¶¶¶ N die wirkliche Lust verbietet, sondern auch in dem zehenden Gebote die Worte ¶¶¶ N die böse Zuneigung. Deswegen der heilige Jacobus, wenn Er auf den Inhalt solcher beyden Gebote zu reden kommt, uns nicht allein die empfangende und gebährende Lust (das ist, die wirkliche Lust,) sondern auch die versuchende und reizende Lust, (das ist, die böse Erb-Lust) verbietet. cap. I, 14. 15. &c. &c.

## S. XL.

Speciatim deinde adjicit Dn. Thomasius: Es muß sonderlich betrachtet werden, daß die Ursache des Verbots in der Schamhaftigkeit und Ehreerbietung zugleich gesucht wird, denn wie wir von der Ehreerbietung allein, ohne die Schamhaftigkeit kurz zuvor ausführlich

ſehrlich geredet, also wenn wir von der Schamhaftigkeit allein ohne die Eherbietung reden sollten, so würde folgen, daß gar keinne Ehe zugelassen werden dürfe, weil alle Menschen eine Ursache der Schamhaftigkeit in sich befinden, und also sich einer vor den andern zu schämen schuldig seyn. Veruntamen Resp. (1) etiam verecundia sua vindicavimus jura, facile & largiemur, quod ex reverentia sanguinis oriatur pudor, imo, quod pari passu isipse cum reverentia ambulet; Quin vel hoc adhuc apponimus, quod non loquamur adeo de pudore, qui consequitur facinus patrum dolorique par est, dum ægri, & ægre ferimus, quod dictis aut factis nostram existimationem imminuerimus aut perdidierimus, sed de pudore *ante factum & in factu* tali sceleratos obruente. Cum igitur (2) pudor ex peccati sensu & cognitione ortum habuit, atque ita nuditas corporum ex animorum nuditate processit, tunc præsertim pudor exortus est in partibus illis, quæ sunt pudenda, quod essent membra procreationis, quin in ipsa nuditate, etiamsi membra genitalia non moveantur sed perfecte subsideant, non deest pudor, ubi quis nos videt nudos, ut sic pravus ille motus non sit vera causa, quandoquidem ipsa nuditas verecundiam infert, et iam si partes omnes decenti ordine cōpositæ, situm naturalem sine ullo motu obtineant. Imo in foeminis peculiariter maximus est erubescientia effectus, in quibus tamen externus ille motus rebellionis non appetet. Quid, quod ii qui motus illos minus sentiunt & castissime se gerunt, magis erubescunt de sua nuditate, quam ipsi impudici, aut alii quipiam? Est igitur aliquid aliud, in quo tanti pudoris ratio consistit. Forte, quia DÆus voluit nos originalis labis meminisse, dum illam in posteros parentes traducant, ut semper statum illum felicem ante oculos habeamus, & infelicem peccati statum deplorantes, ad illum beatum ordinem anhelemus. Providentiam enim divinam & ultricem justitiam decuit, ut in his maxime puniretur homo, per quæ suam iniquitatem & peccati poenas ad alios transfert, ut ea ratione poena veluti continua evadet. Conf. RIVETUS. Tom. I. Opp. p. m. 110. Et quamvis hac

via (3) quique moratiorum pudore afficiantur & corporis nuditatem extimescant, pudice itidem versentur in licitis congressibus, id tamen senserunt & experti sunt Gentiles in incestis aut tentandis aut tentatis, quod præsuppositis reliquis momentis, eo pertigerint ipsis Juris Naturæ vires & viva ac efficacissima momenta, ut horrore perculsi & miris motibus perterriti fuerint, simulac spuriissimum ac nefandum tale erit men moliti demum sunt, indeque solicitatos ac miris modis adactos se profitentur, quo minus facinus ipsum designare ferocius auderent, quod abhorruerint potius perpetim & averfati ac detestati sint. Quicunque igitur exinde, minimum singulare quid, augurari & agnoscere ac urgere non vellet, ille, quod insita juris Naturæ & hominum cordibus inscripta principia inficiaretur, vel eo ipso, plus quam abunde testatur. De eo interim, num quis se, solo suo arbitrio, abdicare possit illa obligatione, qua secundum principia juri's naturæ ducitur ac fertur; vix disputare nobis amplius licet; Quemadmodum enim is, qui jubere vellet ista talia, que in se & sua natura mala sunt, ut propter præceptum suum bona & licita sint, non minus natura rerum adversatur, quam qui eterna veritatis axiomata, tam practica quam dogmatica, e. g. bis duo esse quatuor, totum esse majus sua parte, nihil simul esse & non esse, & ejusmodi plura indifferenteria, ad veritatem & falsitatem singere vellet. Vid. ZIEGLERUS. De Jur. Maj. I. V. XLI. Ita quoque is, qui abdicare se, suoque solo arbitrio vellet eodem illo, quod DEUS ipse pro sua sapientia ipsi naturæ indidit ac inscripsit, inaniter certe ageret & desperatis vacaret moliminibus.

## §. XLII.

Hæc hactenus exhibita & quantum id fieri potuit, pleniū vindicata argumenta agnoverunt hic usque & calculo suo firmaverunt recentiorum plurimi, inter quos *Celeberrimum* DN. D. BUDDEUM ut peculiarius adhuc memoremus, ea nobis suppeditata est ratio, quia Halis Is celebriter docuit & in formandis juvenum animis moribusque multum impedit opera, quapropter & propius advigilare potuit opinioni-

nionibus hinc inde subortis earundemque justam habere rationem; Adeo vero ille partibus & sententiæ nostræ non opponitur, ut magis in omnibus ferme propositio consensu nobiscum conspiret. Ita namque scribit in *Theol. Morali. Cap. III. Sect. VI. §. XI. p. 764.* Alii, ut ex omnibus facilius se expedirent difficulatibus, gradus ascendentium & descendenter, a collateralibus, distinguendos existimarentur. Concedunt itaque, gradus collateralium iuri naturæ non repugnare, cui tamen omnino adversentur conjunctio-nes ascendentium & descendenter. Ultimum vero ut probent, va-rias adferunt rationes. Nonnulli namque, ipsos affectus humanos a tali commixtione abhorre contendunt, ita quidem, ut omnes, qui per pravam educationem aut vitiosum habitum nos sumus corrupti, in ipsis sensibus deprehendant aliquid tali commixtioni repugnans; Alii ad pudorem provocant, qui insigniter intendatur aduersus illas personas, quibus natura reverentiam quandam debemus. Alii obligationum urgent confusionem, quia nec maritus, qui superior est lege matrimoniali, eam reverentiam potest prestatre matri, quam natura exigit, nec Patri filia. Non equidem desunt, qua his rationibus iterum opponantur ab aliis, ut videre licet apud Thomassum. Sed rursus non desunt, quia hisce iterum reponi possent. Unde verosimilior illorum est sententia, qui, ipsam ab ejusmodi commixtionibus abhorre naturam, contenden-t, easque adeo illicitas esse, ratio inde quodammodo intelligit. Tandem & absolvit haec tenus dicta his verbis: *Quicquid tamen hujus sit, de ratione ut multum simus solliciti, necesse non est, cum Scriptura aperte tradat, qua fugere, queve adprobare debeamus.* Quicquid vero etiam horum sit, mox tamca dispalescat, quod Sacra Scriptura non alium jus docuerit, qnam ipsum illud jus naturæ; Hinc & sufficiet, illa ipsa momenta pervicisse aliquando haec tenus nobis contradicentes, quem etenim fugit Censultissimum DN. TITIUM docuisse olim cum ILL. DN. THOMASIO, sed tamen postea veritati cedens, ad PUFENDORFIUM. *Observ. 496. num. 3. p. 489.* ita docuit: *Istam senten-tiam haec tenus secutus sum, ac in specie eam proposui in Specime. Fur. Eccles l. 4. c. 3. §. 40. s.* Sed non videtur improbabile, si quatuor illas regulas ad ius naturale referamus, nam (1) inter personas illas pro-

bibitas est aliqua unitas, jam vero natura repugnat, ut quis secum ipso velut coeat, ac bac ratione genus humanum propaget. (2) *A* natura sociali abhorret, ut cognatio vix incepit, in sua statim redeat initia, cum indoli vite socialis magis conveniat, ut illa latius spargatur. (3) *A*dmissa concubandi licentia adulteriis & stupris anjam praebeat, Denique (4) nullus legitimus finis nominari posse videtur, ob quem ejusmodi matrimonia appetendasint. Non obstat, quod, admissa nostra sententia quad fratres & sorores, totum genus humanum ex incestu natum esse oporteat, nam ad casum necessitatis, prohibiciones non pertinere, tralatitium est. Conf. DN. UNGEPAUER. *D*e *D*e*betis carnis. Cap. IV.* (quæ Disputatio Jenæ habita Anno MDCXL. & Halis recusa Anno MDCCXXIV.) & DN. D. KLAUSINGIUS. *D*e *Nuptiis propinquorum iure divino prohibitibus. §. IX.* s. HOIERO ubi solidissime fatusfecit

## §. XLIII.

Nunc itaque dispiciendum est, quomodo *Ill. Dn. THO MASII Sententia*, de *revelata lege accipiendasit?* & qua via eadem cum lege naturali conspiret, aut abs eadem recesserit? Professio itaque ipsius sequentis est tenoris III. II. 246. Ich wolte auch hic lieber die Unvollkommenheit unserer Vernunft erkennen und sagen, die Ehe zwischen Eltern und Kinder sey keine Materie des Gesetzes der Natur, sondern eines andern Göttlichen Gesetzes. Verum cum incestus in linea recta prohibetur non esse materia legis naturæ, sed alius potius divinae legis; quid obesse, quominus hic omnes Juris Naturæ Doctores abtestarer, ut sollicitius mecum indagarent & scrutarentur hanc consequentiam: *Quacunque lex in Scriptura Sacra est revelata, illa non est lex naturalis.* Aut forte hanc: *Si jus Naturæ legem de incestu imperfectius & obscurius exhibuit, Scriptura Sacra vero tandem perfectius ac clarius docuit, tum Lex de incestu secundum jus Naturæ & eadem illa secundum Scriptaram, essentialiter opponuntur & contradictrorie, minimum contrarie eadem inter se pugnant.* Certe eadem in ultraque propositione fallere, nos plusquam demonstrate persuaderemur, hinc in *Collegio nostro Disputatorio. Num. I. Dec. II. p. 4.* docuimus,

*VII. Ds.*

VII. Dogmatum revelatorum multa pars, ex intentione Sanctissimi Spiritus tendit ad formandam & confirmandam fidem justificantem & salutem eternam.

VIII. Dogmatum revelatorum aliqua, ex intentione Sanctissimi Spiritus tendunt ad formandam & confirmandam fidem Sanctificationis ad societatem.

IX. Dogmatum revelatorum alia, ex intentione Sanctissimi Spiritus tendunt ad consummationem eorum, quae Theologiam Naturalem perficiunt, in quantum nec jus Nature citra revelationem demonstrazione omnimoda & a priori cognoscitur.

X. Dogmatum revelatorum non pauca statum hominis naturalem & rationalem perficiunt, imo hujus universi constitutionem, ordinem ac variationem mirifice illustrant.

Ut vero assertionum firmior ac luculentior veniret illustrationis in Collegio ea propter eodem copiosius absolvimus; Quod peccatum in homine IMAGINEM DIVINAM solaliter & funditus destruxerit ac deleverit, ut ejusdem nulla rudera superint, hinc & ad commercium cum Deo Trinuno redintegrandum, nulla ipsi via, nisi in Christo & mediis saluiciferis supersit. Vid. p. 139. s. & p. 174. s. Quod peccatum in homine ILLS NATURÆ omnium miserrime depravaverit, ut ejusdem rudera demum supersint, tam qua doctrinalia, quam ipsas vires agendi, hinc & ad commercium cum hominibus rite ac sancte instituendum, ipsi tam via revelationis per naturam, quam illa, quæ contigit per Scripturam fideliter & indefatigabili cura sit indaganda & consequenda. Vid. p. 5. 154. 178. 383. 385; Quod & denique peccatum in homine STATUM ipsius RATIONALEM & NATURALEM omni & affictum deplorabili modo, laceraverit & foeditatibus ac horrendis defectibus ac deliquiis conspurcaverit. Unde denudo ad hæc emendanda, repurganda & quantum id fieri poterit, amolienda, via tam Nature, quam Scriptura indiget, Vid. p. 154. & 383. s. His ergo nunc præviis, comprehendere non possumus, quæ fuerit causa illustri DN. THOMASIO, ut non discernenda, nec separanda, nec opponenda, discreverit, disagregaverit ac opposuerit.

§. XLIV.

## §. XLIV.

Hujus & rei causa, instantia quapiam, & non inconcinno simili ipsum *κενόμενον* illustraturi sumus: Concipiamus itaque, si libet, nobis ædificium plenius extructum, conclavibus & habitaculis distinctum, receptaculis divisum, situ commodum, munditie nitidum & requisitus reliquis omnibus instructissimum. Sed oritur tempestas, ruunt cataractæ, ingruunt inundationes, accidunt incendia, contingunt oppugnations & obsidia, quæ & fatorum congeries metui poterat, exonerat se adversus hanc structuram, haec tenus satis firmam, munitam, fartam & tectam. Quid inde? bases alluvione macerantur, muri concutiuntur, contignationes quassantur, tabulata distractabantur, tegula cadunt, pinnacula rimas patiuntur & ruinam minatur imo experitur multa compages, quin interiora plurima commissuris, juncturis, & coagmentis suis excederunt, pereunt, pessumeunt; Num & hæc domus est pristina illa? Est omnino, modo quod fatorum laboret injuria & restauratione egeat: Quidergo nunc facit Dominus, quid molitur faber ac artifex? Noverant materiam ædificii olim absoluti suffisse, & ruderosi nunc etiam adhuc esse variam, ut sunt ligna, lapides, lateres, tegulæ, calx, arena, ferræ, vitra &c. Deprehendunt etiam, quod in misere distortis partibus, fundo, muris, vertice, conclavibus, receptaculis & sic porro, alia adhuc pristinum recipere possint locum, modum & terminum, hæc ergo eadem non interturbant ulterius, sed jungunt, firmant, complantan & restituunt; Dijudicant porro, alia non proportionata amplius esse anteriori modo usuque, hinc eadem, ubi applicari & prodeesse quovis modo poterunt, sagaciter & discriminatim adhibent; Tandem & defectus a denuo conquirenda architectantur requisita, eaque propter industriis scitamentis accire, apposcere ac percontari moluntur & machinantur illa, quæ ad restructionem & restaurationem ædis requiruntur ac conducunt: Qualia vero eadem sunt? Non alia, quam specificè jamdum exhibita, ligna, lapides, lateres, tegulæ calx, arena, ferræ, vitra & similia. Ea vero,

vero, num e nemoribus, saxifragis, laterariis, calcariis, fodinis, latomis & vitriiorum tabernis Regum aut Principum, num vero privatorum comparentur? parum resert, modo ad ædificii restitutionem conducant; nec eo quidem ipso alia sit domus aut alia structura, sed illa eadem pristina ædes reparatur, completur & recentibus curis restituitur. Ita se etiam, dummodo strictim in tertio comparationis manere volumus, res habet cum jure Naturæ: Erat illud *in statu integratatis* datum homini, ad commercium cum hominibus successive generandis ac producendis, rite sancteque formandum & insituendum: Supervenit proh! *Status defectionis*, & peccatum Jus naturæ miserandis omnibus modis laceravit & in decteriori vertit: Adeft quidem illud adhuc, retinuit suas veritates, exserit suas vires, sed tamen omne genus moliendi, demonstrandi, agendi & ad finem debitum pertingendi, est exile, exiguum, obsecrum, invalidum ac insufficiens; Habet & doctrinam aliqualem hujus perditissimi defectus & imperfectionis in Gentilium scriptis, imo & ipsas regulas quaspiam ac leges Juris Nature, quicunque sollicitus informari cupit, sed tamen nec ibi sufficienter satis pacit, docetur & instruitur, quid ergo consilii, quid remedii superest? Scrutetur porro & inde fatigabili cura, quod prodeste libi poterit, ino inde sinenter exquirat, & cum Sacra Scriptura huic sua inopia, paupertati ac ægritudini, omnium clarissime, omnium solidissime, consuluerit ac medeat, hinc grata mente manuque accipiat, quæ inde exporriguntur, clarius docentur & causam omnem absolvunt. Eo tamen ipso non est *alia lex*, quam DEus hominum mentibus indidit, & *alia porro*, quam DEus solennius repetit. Vid. *Collegium nostrum Disputatorium.* p. 385. num. VI. Codex etenim est amoenissimum pratum, ubi fessus quietem, virgo florem, venator leporem, ciconia ranas & bestia granum habet; Is est *mare*, ubi elephas natat & musca bibit: Is est *flumen vivum*, ex quo sitiens recreatur & conspurcatus se lavat: Is est *Gazophilacium*, ubi habent eruditæ ac rudes, quod admirantur. Paucis: Isipse, quamvis non exhibeat Systema quod-

dam rerum omnium, de quibus tamen scripsit eadem, omnia sunt integerrima, sincerissima ac fallere fallive nescia, ut non nisi fide divina a Christianis accipi & adhiberi possint.

## §. XLV.

Ex illis autem, qua jam explicuimus, neminem facile fugiet, quomodo sit procedendum in demonstrationibus Juris Naturæ? & quam innoxie, imo vere salutariter in subsidium advocari possit Sacer Codex, sicubi forte Gentilium scripta & instituta nostræ demonstrations ambiguum ac obscurum quid secum ferunt, hallucinantur aut penitus aberrant ac fallunt; Optime hæc consideravit DN. J. C. LANGE, in den dreyfachen Unterricht, Cap. II. S. 56. p. 79. s. hinc scribit: Wer nun dieses alles recht bedencken will: der wird leichtlich finden, daß in den menschlichen Thun und Lassen nicht alles als unfreitig Gut oder Böse von Gott geboten oder verboten sey: Und daß deshalb auch nicht freystehe, nur blosse menschliche Gesetze, entweder aus einem blinden Gehorsahm, und dessen eingebildeten Verdienst, oder auch aus politischen Gehorsahm, nur blos und äußerlicher Ruhe, Gemäßlichkeit und Friedens willen, vor seine Richtschnur zu erkennen. Desgleichen wird er ferner finden, daß in so wichtiger Sache mit einer zum Behelf ergriffen Wahrscheinlichkeit, dem von Gott erforderlichen Gehorsahm und gründlicher Erforschung seines Willens, wosfern eine mehrere Gewissheit davon zu haben, kein Genügen geschehe; Folglich auch der Mensch nach seinem besten Vermögen auf die Gewissheit dringen, und sich mit selbst erwählten Interims-Gesetzen nicht behelfen, diese Gewissheit aber weder ganz allein im Buche der Natur, noch auch mit dessen gänzlicher Hindansetzung allein im Buche Heil. Schrift, sondern vielmehr aus beyden Büchern zugleich, durch die ihm von Gott hierzu verlehene Mittel, mit großen Fleiß und Ernstes suchen solle. Quicunque igitur vitium incestus horridum ac detectabile pleniū explicare aggreditur, is equidem non male facit, dum ex scriptis Gentilium haurire ac elicere tentat, quicquid ibi perhibitum invenit, præterea itidem intellectus

sui

sui florentiores vires operosius excitat, ut rationes & argumenta profana feliciter discutiat, bonum inde & voluntati di-  
divinae congruum perpetim feligendo & exigendo; Sed tamen  
& postea Christianorum non modo scripta ac doctrinas,  
verum & præ reliquis omnibus, ipsum Codicem sacrum feru-  
tari oportet eundem, & si invenerit ibidem doctrinas & ar-  
gumenta, quies nervus inciditur errori, aut medicamina ac  
confortationes veniunt debilioribus opinatis, tunc eadem ip-  
sa, tanquam divinitus revelata estimare, suspicere, revereri  
ac in usus suos obsequiosissime & per amanter convertere ap-  
plicareque per ipsam conscientiam tenetur & obligatur. De  
eo etero, quicquid & invenerit, quod ad jus Naturæ, aut ge-  
neratim aut spetiatim pertinens haberi potest aut debet, id pro-  
pterea, quia in Sacro Codice etiam legitur, probatur & absolu-  
vitur, speciem suam non migrat, nec haberi amplius potest  
lex nova, sed vere eadem, tam ex Libro Naturæ, quam Scriptu-  
ræ publicata, asserta ac vindicata.

## §. XLVI.

Fugiet in hoc omni cespitatio nostra, quam fluctuet eti-  
am ac divaricetur aliquando, modo attenderimus disquisitus  
ad caput rei ipsum; JUS itaque NATURÆ est voluntatis Di-  
vinæ solempnior publicatio, quam singulorum hominum men-  
tibus indidit omnipotens Creator, perficiens eosdem, ut aliquid  
supra se positum reverentur, semet observent & proximo non  
obsint, huic præcipuo fini, ut commercium inter & cum ho-  
minibus felicius excolant, & quantum id licet, felicissime ter-  
minent. Habet hic causam, Deum puta; normam, volunta-  
tem Dei; modum, revelationem per naturam singulis hominum  
mentibus inditam; Praecepta: Aliquid supradictum reveren-  
te; Temetipsum observa, & Proximo non obsis. Finem com-  
merciū cum hominibus, qua socialitatem & societatem.  
Hæc vero omnia ad felicitatem spiritualem ne adhini quidem  
moliuntur, & omnium minime, eo adscendunt, aut quic-  
quam ejus rei habent, atque sic etiam tale quid non edere, di-  
spensare aut absolvere possunt. Qualia itaque hæc omnia sunt?

I 2

Suant

Sunt naturalia, ad societatem facientia & ad animarum spiritualem ac eternam salutem nequaquam aspirantia: Sunt Philosophica & ad moralia formanda ac confirmanda progrediuntur, in quantum eadem soli Decalogo vindicari possunt. & debent: Sunt denique Gentilibus ipsis multa ex parte cognitu, & effectu possibilia, imo abunda & doctrina & praxi publicata: Ubi ubi ergo reperiantur, sive etiam libro Naturæ, sive Scripturæ, eo tamen non elevanda sunt, ut inter revelata strictim sic dicta & quæ ad salutem spiritualem ac eternam faciant, recenseantur aut referantur: Nec vel hoc ipso desinunt esse tales veritates, quia ex sacro Codice etiam addisci possunt ac complementum suum doctrinale accipiunt. Fieri namque potest, ut unum & idem sit simul objectum scientiæ & fidei; sciatur per evidenter demonstrationem & credatur propter divinam revelationem: Ipsa quidem fides formaliter, non est scientia formaliter, quia fides non dicit conclusiones e principiis rationis, e causis necessariis conclusionis, e mediis naturaliter notis, sed ex revelatione & autoritate dicentis Dei, et si vel maxime ea, quæ credit, non evidenter nota habeat, verum id quod est scibile h. e. subiectum alicujus scientiæ ex hoc, potest esse credibile, h. e. objectum fidei ex alio punto; Ubi notari potest, quod fidei objecta sint duum generum: Quædam sunt simpliciter πισταὶ, quæ omnem rationem superant, & sunt fidei mysteria, de quibus est verum, quod dicitur, non cognosci per rationem, quæ fide credantur. Quædam vero sunt πισταὶ κατὰ τὴν, credibilia secundum quid, quæ et si sint in Scripturis revelata & ad salutem cognitu necessaria, ita tamen se habent, ut ratio aliunde per sua principia possit aliqualiter in eorum cognitionem devenire. Et ita se habet illa conclusio, quod sit Deus, &c. Vid KLOTZII. *Theologia naturalis. Disp III. Cap. I. §. 17.*  
¶. 92. f.

## §. XLVII.

Quemadmodum itaque omne id, quod in natura rationali debilitata & in ruderibus Juris Naturæ, misere distortis aliquando & confusis, non adeo clare & stringent satis forma exhibet.

exhibetur, gratissima mente ex revelato verbo acceptandum est, ut sic doctrina genuina juris naturæ, quod Deus hominum mentibus indidit, quodque per notitiam acquisitam confortatur, complementum suum accipiat: Ita veluti in reliquis multis, ita etiam in capite controverso incestus non alia, nisi hac via incedendum est: Certe Christianus non foret, qui his ipsis animum & aures vacivas non adderet, si id scelerum genus, quod per Gentilium professionem ac experientiam satis declaratum acceperat, ubi forte an contradic̄to suboriretur, non modo ex natura & hominum testimoniis, sed & ex Scriptura & divinis assertis hic informari vellet: Minimum etiam is, qui dum hæc eadem novit, scandalosam tamen hypothesin de *incestu Adami* præsupponendo, & quod *leges castitatis* in humani generis primordiis, ob societatem nimis artam, existere non potuerint, tenacius asserendo, injurius esset in sanctum Codicem & frivolum repudriaret, quicquid Benignissimus humanæ societatis Conservator in ipso jure naturæ docere & in S. Codice illustrare, perfidere ac doctrinaliter completere voluit. Ut ergo propius ad hanc Sanctissimi Codicis doctrinam, qua *incestum in linea recta*, progredamur, tunc prolixius urgere nolumus, quod, dum in Gentilium scriptis tam clara multa & vere egregia legamus de vitiis ac virtutibus, non & dimitti debeat illa satis fundata præsumptio, retinuisse puta talismodi homines, inter prævaricationes adversus genuinam religionem & fidem, multa minimum Catechismi saniora dogmata, eaque, tam fidei, quam morum, nec statim idololatriam ac superstitionem aboluisse ac dimovisse, quicquid ipsam revelationem sapuit; Qua quidem ratione eo clarius demonstrari potest, quod non vano & casuali quoipiam aut traditionali metu fuerint agitati, exhortentes facinora sua scelestæ, sed potius dictamini rectæ ratiæ & quam jus natura perfecerat, imo & doctrinis ad huc resi-  
duis revelatae fidei tribuenda sit vera causa tanti horrois. Præcipue tamen ex Sacro Codice, nunc depromenda sunt ea, quæ teterimum istud incestus crimen omnium plenissime amoliri voluerunt; labor etenim, quem Philosophi in seruandis

rebus naturalibus insumunt, non saturat ipsorum animas, Etenim mens humana in eo non plane acquiescit, sed cum multis semper dubiis conflictatur. Hinc videoas, posteriores Philosophos semper refutare priores, ipsorumque sententias destruere, quia investigatio naturae mentem satiare non potest. Alter comparata sunt Biblica Scripta. In his nullum obstaculum aut dubium relictum est, vel Prophetis, vel illis, qui post Prophetarum etatem scripta eorum legere. Vid. huc ex Ababenele exhibentem DN. DAN. REHBERGIUM, in Godfr. Menthenii Thesauro, Vol. II. p. 511. a. §. 12.

## S. XLIX.

Ordinem vero hic selegimus, quem D. Jo. GERHAR. DIS. Loc. Theol. Tom. VII. p. 282. s. egregie servavit. Incessum namque prohibent regular quædam generales ac speciales. Generalis & omnium prima ac unica est:

Quisquis virorum fuerit, ad illas reliquias carnis sue non appropinquabit, ad revelandum nuditatem. Ego enim sum Jevovah. Lev. XXIX. 6.

Ut vero eandem omni solidiori modo explicemus ac illustremus, hinc (i.) ac generaliter omnibus est notum, quod leges Lev. XXIX. & XX. habeantur, pro positivis universalibus, & explicatio horum terminorum habet utique, quod non sit simpliciter repudiandum; interea jam ultra viginti annos eas nos lacescivit opinio, annon omnium simplicissime ipsum Jus Naturæ sufficere posset in omni commercio humano? commercium & nobis propterea fuit cum magnis Philosophis & Iesu, ut tamen consensum non obtinuerimus, eo quod præcipue Lev. XXIX. conjugia sororia sint vetita, quæ tamen genitis Adami obtinuerant; cum igitur jus Naturæ sit indisponibile, hinc rati sunt omnes, ultra jus Naturæ, adhuc jus quoddam positivum admittendum esse, quod pro circumstantiis ac conditionibus suis, aut universale, aut particulare foret habendum; Acquievimus proinde in his aliquantulum, interea postquam casu quoipiam delati sumus ad Ulpiani decisum, I. 6. ff. de J. & J. ubi docuit: Jus civile est, quod neque in to-

tum a naturali, vel Gentium recedit, nec per omnia ei servit. Itaque cum aliquid addimus vel detrahimus juri communii, ius proprium, id est civile efficimus, & apud ZIEGLERUM. De Juribus Magistratis. I. V. XL. s. optimam explicationem invenimus de eo; Quod putat Magistratus addere possit e. c. Juri Naturæ, quod cultum Dei exigit, medium, ritum, diem ac ceremonias reliquas. Vid. J. XLII. imo & paucas, §. XLIV. s. confer de septenario testium numero ad testamenta solennia necessario, BRUNNEMANNUS ad l. l. 6. n. I. &c. Hanc tamen quod demere possit Magistratus, vel ut alii dicunt, ius naturæ in hypothesis mutare. Vid. SCHOPFERUS: In Synopse. l. l. 24. Id nequidem concipere nobis potuimus, bene quidem memores eorum, quae Grotius scripsit. l. l. X. 6. Fit tamen, inquit, interdum, ut in his actibus, de quibus ius Naturæ aliquid constituit, imago quadam mutationis fallat incertos, cum revera non ius naturæ mutetur, quod immutabile est, sed res, de qua ius naturæ constituit, queque mutationem recipit exempli gratia; si creditor, quod ei debet, acceptum ferat, jam solvere non teneat, non quia ius naturæ deficerit præcipere solvendum, quod debet, sed quia quod debet, debet desit: &c. Quod & ill. Dn. THOMASIUS agnovit, in Jp. D. l. II. 99. scribens: Es wird von den wiedrig gesinneten die Verenderung der Sache (objecti) mit der Verenderung des Gesetzes vermenget. Cui calculos dedit Per Illustris & Generosissimus DN. a KLEIN, Tutorum facile Princeps, in Annotationibus ad Schöppferum. p. 5. docens: *Jus naturæ nec in thesi, nec in hypothesis mutatur, sed in actibus, de quibus ius naturæ aliquid constituit, imago quadam mutationis fallit incertos.* Atque hinc dum nostra accurior ulterius progessta est investigatione, subsistere ferme adacti sumus in illa thesi, quod in jure Gentium, Civili ac Statutario quocunque, *Jus Naturæ rite ac solide ex & applicatum, sit norma unica ac anima omnium eorum, quæ ad socialitatem & societatem spectant;* Ea propter etiam, qui exhorruimus & pia mente detestamur Dn. HOJEKI. Cimbri, Diagramma. De Nuptiis propinquorum, id unicum tamen ipsi dari potuisse profitemur, quando adversus leges positivas universales urgere voluit Cap. III. §. 6. quod exdem

dem nullam causam habuerint, cur Dens legi *Nature* vix homini indite, has de novo adjiceret. Imo & viderint omnes, quia asperitate dicendi percitus fuerit HOJERUS, ut §. 7. procastius adjecerit: Necesse est, ut statuant, Denm initio indidisse homini legem naturam, deinde surrogasse illi sanctionem institutionis matrimonii, multos naturae legis hiatus supplementem, mox tamen contra uramque permisisse conjugia filiorum Ade, Abrahami, Jacobi &c. quin & polygamias & divertia, que etiam postea peculiari constitutione ob malitiam Iudeorum vulgo & promiscue non concecerit modo, sed certis etiam ritibus, iuribus & actionibus manierit & probarit, tandem divina legis expostorem Christum docuisse, hanc concessionem primariae legi repugnare, adeoque abrogandam esse & tollenda divertia, et si causa legis Mosaica, scilicet perinaciam hominum & malitia, illo evo non fuerit minor. Ista si de hominibus dicerent, qui non omnibus horis sapient, ferri possent, tantam autem varierat nulla, nec levicajus causa ostensa, in rebus totum humanum genus complectentibus, divine bonitatem, sapientiam & perfectioni quiritibunt, vix satis pie & in decet, de tanti Numinis maiestate sentiunt. Hæc igitur talia diajam integro ac religioso animo sumus meditati, idcirco etiam tutius arbitrati sumus, ut in solo jure Naturæ subsistatur, quoque id licuerit, & hujus quidem sententia uberiorem extensionem mox mox qua thema nostrum communicaturi sumus, unde hic denum verbis Celeberrimi TITII causam hanc absolvemus, qua leguntur Obser. 91. ad PUFENDORFIUM num. 9. p. 147. Primo discipiendum, an preceptum aliquod in S. Codice occurrens, sit *naturale an positivum*, qua quidem dijudicatio non aliunde, quam ex solida legum naturalium cognitione dependet.

§. L.

Interea (b) quod ad regulam nostram *primam* peculiarius adtinet, tunc supervacaneum ducimus, ut circa textum ipsum repetamus prolixius, qua apud Commentatores, Theologos ac JCSulos repererimus, paucis potius plura completemus, atque sic certum habemus, quod Deus locutus sit de quoque homine ac hominum, sive sint masculini sive foeminini generis,

generis, cuiuscunque etiam sit conditionis ac sortis. *Substan-*  
*tivum enim in singulari numero continuo repetitura, distributionem &*  
*consequenter universalitatem significat.* Vid. post GERHARDUM,  
 GEIERUM, GLASSIUM & inumeros, DN. DANTZIUS, in  
*Interprete I. 16. 21.* Exprimitur etiam *consanguinitas* eorum, ad  
 quos conjugaliter accedere vetamur, divinæ emphaseos ple-  
 nis verbis, & dicuntur. שָׁאֵר בָּשָׁרъ reliqua carnis sua: Opti-  
 me hic D. GERHARDUS observat, quod נְאָשׁ, quando re-  
 liquias designat, habeat sub נְ patach vel kamez, quando  
 vero carnem denotat, requirat sub fe zere, illud & ex locis  
 Ef. X. 20. XIV. 22. illustrat, quibus addi poterunt dicta.  
 I. Chron. XI 8. Ef. X. 19. Mal. II. 15. & hinc per carnem car-  
 nis exponit; Eadem jam antea notaverat REUCHLINUS. sed  
 tamen non desunt, qui in contrarium urgent loca, Levit XXV.  
 49. & Num XXVII 11. Vid. I. A. K. *Theologisches Bedenken*  
 über die Fragen: Ob ein Witwer seines verstorbenen Weibes  
 Schwester, oder dieser ihre Tochter, nach dem göttlichen Ge-  
 setz, heyrathen könne? p. 7. Cum itaque inutroque vocabulo for-  
 malis ejusdem ratio nos ducat ad tale quid, quod est residuum,  
 hinc specialior eorum notio ex contextu & materia substrata  
 accipienda atque sic iudicium ferendum est de illis; Non ma-  
 le igitur FÖRSTERUS, in *Dictionario Hebraico novo.* fol. 814. de  
 voce שָׁאֵר scriptis: Extra Legem Mosis de consanguinitate, signifi-  
 cat carnem, que est reliqua pars animalis post animam. quæ eadem  
 habet SCHINDLERUS, plenusque explicavit & tandem ad-  
 didit: In lege autem Mosis, ubi de consanguinitate agitur נְאָשׁ foe-  
 minum ( alii commune id habent, Vid. Mercerus in Lexico.)  
 נְאָשׁ propinquus secundum carnem & carnis propagationem, con-  
 sanguineus; caro adherens carni hominis, propinquitas, cognatio.  
 Lev. XXIX. 6. Vir vir ad omnem שָׁאֵר carnem Targ. קָרְבָּן propin-  
 quum carnis suæ non accedit. Ibidem: נְאָשׁ caro patris tui est. Targ.  
 קָרְבָּה propinquitas. Ibidem: שָׁאֵר Caro sunt illæ. Scelus est. Targ.  
 קָרְבָּן propinqui sunt. Lev. XXV. 49. Aut נְשָׁאָר, Targ. מִקְרָבָן  
 de propinquuo carnis ejus, ex familia ejus redimet eum. Levit. XXI.  
 2. Sed גַּלְעֵד לְקָרְבָּב ad propinquum suum קָרְבָּה, qui  
 propin-

*propinquus est ei.* Et hanc etiam explicationem gratissimis ferremus votis , nisi adiectam vocabulum יְלֵדָנוּ *carnem* notaret , & suffixum tertiae personæ simūl adferret ; qua quidem ratione non amplius substantivum synonymum suum regeret , sed objectum potius prohibitum explicaret , ea propter ergo propeadimus in illam sententiam , per posterius vocabulum יְלֵדָה , suffixo tertiae personæ instructo , non adeo ad consanguinitatem , quam ad cognationem respici .

§ LI. Cum ergo dubiis circa eandem causam motis eruditissime fatiscerit , rem & totam ad umbilicum deduxerit exhibitus J. A. K. in dem *Theologische Bedencken*. Hinc ipsius ampliorem deductionem hic adhibere , e re nostra duximus , Scribit vero Is ipse p. 8. f. Alle diese difficulteten , insonderheit die Vieldeutigkeit beyder Worte , und daher entstehende Ungewissheit im Verstande des Gesetzes werden gehoben , wenn man das Wort נֶזֶב nicht zu dem Subiecte legis nimmt , sondern zu dem objecto prohibito , und dem Nomini נֶזֶב zwar die Bedeutung carnis lässt , (man mag es nun pro toto homine nehmen , oder pro corpore , mas sen die commixtio carnalis in corpore geschiehet , und in der Nothsligkeit das Gemüth keinen Schell daran hat) ; das andere Nomen aber נֶזֶב übersetzt cognationis oder propinquitas sua . Beide Bedeutungen haben keinen Zweifel , und kommen in der Schrift öfters vor : Daber die version diese ist : *Nemo ad ullam carnem cognationis sua* (ad carnem sibi cognatam ) accedat ; Das solcher Gestalt nicht nur die nächste Bluths - Freunde verboten werden , wie es in der teutschen Bibel lautet , sondern auch andere Unverwandte , so wohl in der Bluths - Freundschaft , als in der Schwägerschafft . Einige geben zwar das leste Nomen consanguinitatis sae : Allein diese Bedeutung kann nicht behauptet werden . Mann allegirer E. LIIIX. 7. so aber nichts beweiset ; Und erklärt es der berühmte VITRINGA in *comment. De cognatione* , die Er wenigstens auf das ganze Hildische Volk extendierte . Will man sich auch auff Gen. XXIX. 14. berufen , so erhält man auch nichts , weil (1) das Nomen נֶזֶב dabei steht ; 2) die Collation mit z. Sam. V. 1, XIX. 13. ausweiset , das dritte

( 6 )

75

diese Red = Art an und vor sich eine jedwede, auch weitläufigste Verwandtschaft andeute. Hergegen ist die Bedeutung der cognation außer Streit, und die gegebene Erklärung deutlich, natürliche und ungezwungen, dadurch auch das Gesetz seine latitudinem behält. Die folgende Worte יְהוָה יְהוָה ad revelandam nuditatem, sind leicht zu verstehen und ein Euphemismus, wodurch die consuetudo matrimonialis angedeutet wird. Sie halten aber auch rationem legis in sich, welche ist turpitude naturalis conjugiorum prohibitorum. Daher sie etliche mal bei denen special Gesetzen wiederholet werden vers. 8. 10, &c. endlich beschließt des Gesetzgeber mit den Worten יְהוָה יְהוָה Ego sum Jehovah, welche gewißlich nicht so viel gelten, als: *ceteros ephes*, Stat pro ratione voluntas; Sondern so woll die höchste Macht und Gewalt, als auch die unendliche Weisheit des Gesetzgebers anzeigen, daß Er keine andere Gesetze gebe, als welche seiner Heiligkeit und der menschlichen Natur gemäß sind; ob Er uns gleich nicht alle Ursache eröffnet. Aus der bishierigen Erklärung kan nun folgende paraphrasis gemacht werden:

Quisquis homo fueris, sive gentilis sive Iudeus, sive mas, sive foemina, ad nullam omnino personam, velut conjugem appropinquabis, quæ est caro cognationis tux, & vel confanguinitate, vel alia propinquia cognatione te attingit. Hoc præcipit summus & sapientissimus Legislator. Niemand, Er sey auch wer er wolle, Jude oder Heyde, Mann oder Weib, soll sich ehelich zu einer Person nahen, welche ein Fleisch seiner Verwandtschaft ist, und ihm entweder durch Bluth-Freundschaft, oder sonst durch nahe Verwandtschaft angehört. Das befielet der höchste und weisste Gesetzgeber. Wie weit sich aber die Verwandtschaft erstrecke, das lehrten die Special Gesetze, welche so woll in consanguinitate, als affinitate auff den secundum gradum lineaæ collateralis inæqualis gehen, und diese mit einschließen. Etliche wollen die cognation durch die parentelam determiniren, worauf sie viel bauen; ich finde aber kein indicium davon in der heiligen Schrift, und sehet Gott Levit. XIX ol. usque 14. nicht die parentelam, (welche aus dem Hebräischen Recht

Recht der alten Römer genommen ist,) sondern andere Ursachen zum Grunde. Und wenn auch Gott schon keine Ursachen seiner Gesetze ansführte, so muss uns sein willkürliche Ursach genug sein. Den wie in Credendis nicht allemahl die Ursachen offenbaret sind; also auch nicht in agendis. Vid. D. VELTHEM. *Theol. Memorial. Pract.* p. 57. 62. Herr. D. GLAFÉY schreibt in seinem *Vernunft und Völcker Recht* p. 691. §. 123. Ein Gesetzgeber pflegt nicht allemahl die Ursach seiner Verordnung hinzuzufügen, hat auch nicht raison denen Unterthanen davon Rechenschaft zugeben. Siehe auch Job. XXXIII. 13.

## §. LII.

Hac etiam via respondebitur facilius ad dubium, quod movit aduersus Textum hunc *Perillustris & Excellentissimus Dominus DE LYNCKER* Quando siquidem in *Consilia ac Responsa*, Num. VI. defendere voluit: *Non esse adversum Divino Furi, cum defuncte uxoris sororis filia, Conjugium, indeque dispensabile habendum. & hujus hypotheseos gratia num. 21. p. 71. scripsit:*  
 „Es gehet das Verbot, sich ad propinquam, oder carnem carnis, sua, nicht juthun, keines Weges auf alle Prohibitiones in textu Levit. XIX expressas, sondern allein auf die nachstfolgende Descendentes & reliquias carnis meæ, ut & illas personas, quæ mecum propagata sunt proxime ex una & eadem carne, wie Brüder und Schwestern sich gegen einander verhalten. Tunc (1) negare nemo poterit, quod patris uxor seu noverca pertineat ad reliquias cognationis, Maritus enim & uxor ejus, sunt non amplius duo, sed una caro, Matth. XIX. 5. s. una persona alteri inseritur & utrique in unam personam conflantur, ut KARÆI docebant apud SELDENUM. in *Uxore Ebraæ, Lib. I. Cap. III. p. 10.* Non sunt consanguinei nec affines proprii dicti, interea, si duo non fierent unum, non efficerent multos, quo usque duo manerent. Quando vero in unitatem conveniunt, tunc efficiunt multos, Conf. CHRISOSTOMUS, Tomo 4. col. 1317. B. Simulac ergo coalescit maritus cum uxore & reciproce uxor cum marito, ipsorum liberi extra hoc conjugium geniti, nil cognationis habent, see tamen sic natu-

scitu

scitur ex hoc conjugio tertius vel tertia, tunc hi ipsi cum extra natis in cognitionem coalescunt, eo quod nunc unam stipitem agnoscunt, imo eo statim momento, quo, tam in extra genitis, quam in parentum collateralibus, nil cognitionis adtulit, in noverca tamen & vitrico omnia alia jam fortitur, & interdicitur Viro cognatae uxoris pariter atque cognatae sua, & foeminæ itidem cognato viri pariter ac cognato suo; ea siquidem intima conjugalis unio, qua uxor proprii corporis potestatem non habet, sed maritus, & qua contra maritus proprii corporis potestatem non habet, sed uxor. I. Cor. VII. 4. s. ad descendentes non modo, sed & collaterales propagat impossibilitatem ineundi conjugium, aut retroeundi ad stipitem. Ratio etiam prægnantissima & unica hæc est, quia nunc actu composito, & postquam duò tales coiverunt in conjugale unum, eo ipso caro una adest, & inde veniunt tam descendentes, quam collaterales, qui ad reliquias carnis seu carnem cognitionis necessario referri debent. Accedit huic veritati (2) vel ipsa series legum Levit. XXIX. 7. s. exhibita, ubi ad descendentes demum vi. 9, & 10. publicatur prohibitio, cum jam verbis antecedaneis adscendentium & collateralium fuerat habita ratio. Hinc & non juvatur *Illustissimus DN. BARO per CHEMNITIUM, Is namque totus partibus nostris favet, postquam etenim scripsérat, Capite III. De Conjugio p. 224.* Sed emphasis vocabulorum hebraeorum שׁאַר בְּשָׂר id est reliquias carnis sua ostendit prohiberi, ne quis ducat propinquam, que proxime carni sua appropinquet, vel prohiberi carnem carnis sua, hoc est, que vel ex mea carne propagata est, vel ex cuius carne ego propagatus sum, vel que mecum ex eadem carne propagata est. Ut scilicet hac ratione omnes personæ carnis mee mihi sunt prohibita. Tunc statim adiicit: Ita caro mee carnis super me est, mater, avia. Infra est filia, nepos. Ad latera, frater, soror. Item, Patris & matris soror. Et illa propinquitas carnis hoc modo enumeratur Levit. XXI. 2.

## J. LIII.

Quod & peculiariter ac (3) referri potest ad locum exhibitum Lev. XXI. 1. 2. Ob enimam non immundus fiet inter populos

K 3

suos

filios (quisquam Sacerdotum) nisi ob reliquias carnis ipsius, que proxima ipsi sunt. Ob matrem suam & ob parrem suum & ob filium suum & ob filiam suam & ob fratrem suum: Et ob sororem suam virginem, propinquam ipsi, dum non fuit viro; tunc ibi quidem exhibiti sunt descendentes, ast causa tamen ipsa inde non vindicata est, Nam veluti ibidem non legitur בָּשָׂר בְּשָׂר, sed solum vocabulum בְּשָׂר, quod statim in sorore restingitur per peculiarem terminum בְּקָרֶב; ita vellem, ut Illustrissimus DN. LYNCKERIUS & qui cum ipso sentiunt, conferrent locum Lev. XVIII. 17. ubi legitur: *Nuditatem uxoris & filia ejus non revelabis, filiam filii ejus & filiam filia ejus non accipes ad revelandum nuditatem ejus.* בְּשָׂר בְּשָׂר caro ipsæ (tuasunt.) Num vero privigna & descendentes ipsius, cum vitrico suo propagati sunt proxime ex una eademque carne, wie Brüder und Schwestern sich gegen ein ander verhalten? Si vel audirentur aliquando Theologici, dum ad nova quæque ruunt multi! Non damna, non vituderia ea propter ad se derivarent, sed honores ac laudes! cum & non diffentur Dn. Politici, quod Doctores sint Jurium & senioris Philosophiae, cur fastidunt ergo tam alte Theologos, qui itidem Doctores sunt & quidem divinioris Revelationis? MOSES & ARON, SAUL ac SAMUEL, JOAS ac JOJADA, quamvis fuere imperantes & parentes, nihilominus coaluerunt in consensum & salutares curas ac actiones; cur itaque fastu tali feruntur Politici plures, ut nil minus quam nigra pallia tolerare velint? Ex ipsorum manibus & officio benedictionem suam omnem habent & accipiunt, & mediis salutiferis potiuntur solo iliorum ministerio, ut ipsis & hic & eternum bene sit; Quæ itaque causa & quis furor invasit multos, ut vel quemcunque audire malint pra Doctribus fidei, quorum in lege Jehovæ beneplacitum est omne & qui in lege Ejusdem meditantur diu noctuque? Exalciatissimum istud Opusculum, ut ad scopum præfixum redeamus, quod sub rubro NOV. ANTIQUORUM singulis publicatur annis, oderunt multi, qui veluti in aliis multis, ita etiam in matrimonialibus adversus divinas & humanas leges prævaricantur; Verum si resipiscere

ſipſeere vellent, etiam in his amoeniffimis ſchediſ habereſt,  
qod ex uſu foret, Anno ſiquidem 1710. p. 193. ſ publicaverunt  
*OBSERVATIONES*, aptas ſolvendiſ nodiſ de gradib⁹ matrimonia-  
lib⁹ prohibitiſ, ad Lev. XIIIX. & has quidem:

Conducit quam maxime ſi voces בָּſָר Basar & בְּſָר Scheer ex  
fontibus legitime diſtinguantur, quod Boblio aliisque eſt negleſtiū.

בָּſָר Basar, eſt cognationis, vel affinitatis proxi-  
ma, genus; quo una perſona dicitur alterius caro ſimpliciter; datur  
inter patrem & filiam, maritum & uxorem, Gen. II. 24. vocatur  
etiam nuditas mea, Lev. XIIIX. 8. 16. XX. II.

בְּſָר Scheer, b. e deceptum, participans eſt cognationis, vel  
affinitatis proxi-ma, ſed quaſi partialis, genus, quo una perſona dici-  
tur alterius deceptum, vel caro participans. Datur inter fratres &  
ſorores, Lev. XIIIX. 12. 13. m. & patrem atque priuignam. Lev.  
XIIIX. 17.

Basar τὸ Basar, caro carnis, eſt genus primum cognationis aut  
affinitatis remotoris; datur inter me & novercam, inter me & uxo-  
ris matrem vel filiam, quia pater meus meum Basar eſt, noverca ve-  
ro patris mei basar ſtylo biblico dicitur, & ſic de ceteris.

Basar τὸ Scheer, caro decepti, eſt ſecundum genus coniunctio-  
nis remotoris; datur inter me & fratris coniugem.

Scheer τὸ basar, deceptum carnis, eſt genus tertium cognationis  
atque affinitatis remotoris; datur inter me & uxoris ſororem, inter  
me & amitam.

Huc igitur pertinet regula in proemio legum de veriſis connexi-  
biis Lev. XIIIX. 6. data; Non accedendum eſſe ad illam Scheer τὸ  
basar, &c. ultimus gradus commemoratur, priores & propiores inclu-  
dens.

Cognationes remotorioſe gradib⁹ enumerariſ non ſt. prohibita;  
v. gr. coniugia confobrinorum, quia illi ſaltē ſunt basar τὸ Scheer  
τὸ basar.

#### ſ. LIV.

Sed nec (4) dubium illud aliiquid facit, cum Iuſtrif-  
ſus DN. DE LYNCER I. c. n. 23. adjecit: Im übrigen al-  
ber

ber, gleich wie bey der prohibitione fratrum & sororum keine weitere Speciale Ursachen zufinden: also wo Gott der Herr, bey den andern S:ytten verwandten, in Cap. XLIX. Levit. der Bluths-Freundschaft gedencket, als vs. 12. 13. 17. nicht gesaget wird, sie ist dein Fleisch, quicci conjungi cupis; Sondern es ist deines Vaters nechste Bluths-Freundin. Deiner Mutter nechste Bluths-Freundin. Deines Weibes. Was aber sonderlich aus der teutsch: Version: ex Lev. XX. 19. derselbe hat seine negtive Bluths-Freundin anffgedeket: respectu amita & materiora von einigen angezogen wird, in den Grund. Text nicht zubefinden: dergestallt, das gleich wie Brüder und Schwester nicht caro-carnis sein Physice, wie zwar Eltern und diejenige, so von ihrem Leibe kommen; sondert moraliter, perfectionem legis positive divina. Also vielweniger dergleichen ration auff die collaterales consanguineos, qui parentum & liberorum locum haben, und am allerwenigsten auff collaterales affines zu ziehen: quin potius prohibito moralis, (qualis est personarum extra rectam cognitionis lineam conjunctiarum. tota Levit. XXIX. & XX. prohibito: (Vid. vs. 5. Cap. XLIX. &c.) & vel sola parentum & liberorum vere talium naturalis quoque haberi debet,) constringenda, sive terminis suis expressis relinquenda. Respondemus etenim in genere, quod fictionem legis positive omnino ignoremus, & solide scripsit J. A. K. in den Teologischen Bedenken. p. 14. Recht ungereimt ist es, wen einige hier fictionem juris statuiren wollen: Denn, zu geschweigen, daß man solche in Gottes Wort nicht suchen darf, noch diessem ohne große Sünde zweigen kann, indem sie in der That eine Unwahrheit ist; So widerleget dieselbe die Sache selbst. Mann und Weib sind ein Fleisch (1) moraliter, wegen der ehelichen Liebe, welcher affect von Gott eingepflanzt ist, und seines gleichen weder an Särde noch Zärtlichkeit hat; imgleichen wegen des hiauffgegründeten pacti oder foederis matrimonialis, ehelichen Bundes; (2) Physice wegen der sonderbaren Gemeinschaft des Leibes, da kein Ehegatte seines leibes mächtig ist, sondern der andere 1. Cor. VII. 4. Wie darf man sich nun von einer fictione juris träumen lassen? Christi Worte sind die pure Wahrheit, eine

ein klarer Fundamental-Ausspruch: Und auff diesen gründen wie mit dem Karoern die Regel: Quod interdicantur נַעֲשֵׂנִי אֲשֶׁר בְּשָׂתָרוֹν viro cognatæ uxoris pariter , atque cognatæ suæ. Inspecie vero nequidem ex hoc probari poterit, quod caro carnis, vel ut nos transfutimus supra, caro cognitionis, solummodo descendentes designet; Etiam namque alicubi nec vocabulum שָׂתָר, nec vox בְּשָׂר legatur, id tamen observandum est, quod versu 14. æquipollens reperiatur dictio; quia amita tua es. Dices: quomodo nuditas fratribus patris tui, vel uxor patruis tui, dici possit amita tua? Sed considera circumstantias, illa uxor cum patruo tuo unum conjugale existit & sic respectu patris tui eundem locum obtinet, quem habet frater patris tui, eidemque jungitur veluti soror; hinc & respectu tui eundem obtinebit locum, quem habent patruis & amita tua, est enim Tibi Scheer τὸ Basar decerptum carnis tuae, vel caro cognitionis tuae & participans de carne tua. Quod idem si in reliquis observatur, causam ipsam reddit manifestissimam, sic namque vers 12. Nuditatem sororis patris tui non revelabis: Quia participae de carne matris tuae, vers 17. Nuditatem mulieris & filie ejus non revelabis: filiam filii ejus, & filiam filia ejus non accipies ad revelandum nuditatem ejus: Quia participant de carne matris ac avie sua. Excipit equidem adversus locum Lev. XX. 19. Illusterrimus DN. BARO, ac si in Textu originali ibi non legatur, quod in versione positum sit: Verum ipsa evidenter textus originalis causam nostram confirmat; Quamvis enim incipiat in secunda persona & hoc modo: Insuper nuditatem sororis patris tui non revelabis; in progressu tamen legis tertiam personam adhibet SPIRITUS S., adjicit enim: Nam ( qui tale facinus designat) ille nudabit נַעֲשֵׂנִי decerptum & participans suum, quod puta secum participat de matre ac patre suo. Quæ quidem propter non in solis descendantibus subsistendum esse remur.

## J. LV.

Hactenus regulam generalem explicuimus, nunc etiam leges Speciales adversus incestum in linea recta, sunt examinanda. Prohibitio itaque sequentis est tenoris:

Nuditatem patris tui & nuditatem matris tue non revelabis: Mater tua hec; non revelabis nuditatem ejus. Lev. XIII. 7, In explicanda hacce lege non arbitror opus esse, ut acta denuo

L

agam

agam, sed sufficere autumo, si brevius & membratim recen-  
fuero, quid DN. D. KLAUSINGIUS, HOIERO responderit ad  
Φλωρίας ejus, in Dissertatione sepius jam citata. Docuit itaque  
J. V. p. II. (1) quod omnes illi ACTUS, quos ipsa recta ratio  
dictat, esse per se, & necessario, malos, turpes & illicitos, propter ab-  
solutam, quam iuovlant, repugnantiam, non solum cum eterna atque  
immutabili justitia ac sanctitate divina, sed etiam propter contra-  
dictionem actus ipsius, & objecti ejusdem, hi inquam, actus jure natura  
prohibiti dici debeant. Atque iterum, quod omnes illi actus, quos  
ipsa rectaratio dictitat, esse per se & necessario bonos atque honestos, prout  
necessariam convenientiam cum justitia, sanctitate & sapientia  
divina, & propter necessarium nexus actus ipsius, & objecti ejusdem, sunt  
jure natura precepti dicendi. (2) Solide omnium statuit, quod in  
his gradibus linea recta, & ascendentis & descendentis, ponantur hu-  
jusmodi persona, quibus per se, quia tales sunt, & absolute, & sim-  
pliciter, repugnat, etiam secundum dictamen rectae rationis, ut, illa  
quidem justitia, sanctitate & sapientia divina, illesa quoque honestate,  
conjugio & copula carnali, conjugi possint, vel, quarum nuptie, si con-  
cederentur, essent actus necessario mali, turpes & illiciti, cum propter re-  
pugnantiam, ante commemoratam, tum propter contradictionem actus  
ipsius, & objecti ejusdem, seu personarum, in his gradibus postiarum.  
(3) peculiarem applicationem J. VI. p. 13 facturus, monstrat,  
quomodo propter respectum parentalem & propter venerationem ob-  
sequiumque necessarium ac perpetuum filiale, (ut de pudore atque  
horrore naturali nihil adjiciat,) quam rationes alias, etiam secun-  
dum dictamen rectae rationis, absolute & simpliciter repugnat,  
manere posse parentes liberosque, & tamen simul conjungi in matri-  
monium. Id quod ex dictis Scriptura: Nuditatem matris tua non  
revelabis. Mater enim tua haec, & subsequentibus illis: Ideo,  
quia mater tua est, non revelabis nuditatem ejus. aliisque testimoniis corroborat & tandem concludit; Per hanc loquendi rationem  
Scriptura S illud primum pricipueque omnibus ad animam rervocatur,  
ne cogint, quod simpliciter repugnat, ipsa etiam sola illud nobis di-  
gitante recta ratione, ut ex matre & filia, vel etiam ex matre &  
nepote, sint conjuges, illesa nimirum justitia, sapientia & sancti-  
tate divina, honestate item & jure, omnium hominum animis in-  
scripto. Actus enim & status conjugii hujusmodi quid formaliter in-  
volvant, quod his personis, inter se consideraris, & secundum hunc  
actum

actum atque statum conjugendis, absolute adversatur, ita quidem, ut, si coniungerentur, perpetua maneret inter hos repugnantia, coniugioque ipsi perpetuum adhucere vitium, (4) Evidenter & hanc pag. 14, addit rationem, ac principio illud urget, quod natura quam maxime adversetur, matri filialem reverentiam denegare velle, tandemque, ut aequali, immo & certo respectu, quia maritus est dominus & caput uxor, Gen. III, 16. 1. Cor. XI. 3 Eph. V, 23, ut in aequali, & sibi subjectam, velle in matrimonium ducere. confer Exod. XX. 12. Deut. V, 16, & imprimis Eph. VI. 1. s. ubi Paulus obedientiam & veneracionem filiorum ergamare, ex ipso deducit jure naturali, tandemque, ut perpetuam, per omnem viam matri exhibendam, requirit, quo posito, fieri non potest, illeto quidem jure naturae hoc, ut mater, que natura debet esse superior, sit uxor, hoc est inferior. Oritur enim inde miserabilis & hujusmodi officiorum filialium & parentalium commixtio confusioque, immo & sublatio, aqua natura quam maxime abhorret. Atque sic (5) p. 15. rem totam absolvit, addens: Quod haec tenus de matre ac filia demonstravimus, idem quoque valer de patre & filia, ac multo magis etiam de avo & nepte, avia iterum & nepote, reliquisque in infinitum omnibus, qui ad lineam spectant rectam ascendentem pariter ac descendenter, quia par ratio est horum omnium, nisi in eo velis admittere aliquam disparitatem, quod, que longius ascendas, aut descendas, in hac linea, tanto major deprehendar repugnancia naturalis personarum, in matrimonium conjungendarum, & confusio commixtioque officiorum omnium turpisima.

## §. LVI.

Post ea Dissidenti respondet (I) quod summa inter parentes liberosque familiaritas, ad matrimonium ineundum nullificat, nisi & uxor proximiquevis, ex tali capite foret ducenda. (II) quod veneratio qualisque & imperium aliquod, & ali, cubi obtinens, id non efficiat; Quia relatio parentum erga liberos, & horum erga illos naturalis, characterem parentalem parentibus non minus, quam filialem filiis ac filiabus conciliat, prorsus indeleibilem, quem si quis frivole moveat, eo ipso ipsi naturae vim inferat maximam. (III) Quod conjugium, ubi uxor marito imperat, Regina subditum in iherum recipiat, pater privatus filio Regi subjectus sit; parentum cum liberis & reciproce liberorum cum parentibus incestum non efformet licitum; Quia imperium & potestas civilis neque dominium mariti in

uxorem conjugale præcipiat, neque parenti parentalem respectum: Hinc & de parente & filia DN. KETTNERI verba submittit: Dan ob es gleich scheinet, das die Ehrerbietung verdoppelt wird, so der Vater die Tochter nimbt, den Sie könnte ihn ehren, als Kind und Weib, so ist doch solches wieder die Natur, und kann nicht bey zusammen siehen. Die natürlichen Verbindungen werden in uno subiecto confundiret, und streiten mit einer anderer, der kindliche respect wird nothwendig absorbit, weil maritalis respectus stärker ist, und ein Weib den Vater soll verlassen, und an dem Manne hangen, der Chestand bringet mit sich gleichheit zweyer Personen, (IV) Quod conjugium cum noverce mare huc nil faciat, quia inter filium & novercæ matrem ne affinitas quidem intercedat, multo minus respectus parentalis, nec etiam ibi metuenda sit confusio officiorum, qua a confusione nuborum nominum omnino sit distingueda; Dehinc vero ulterius probat Summe Reverendus DN. D. KLAUSINGIUS, quod etiam simul ad omnes gradus affinitatis linea recta, ascendentis pariter ac descendensis, imo etiam ad secundum gradum linea collateralis inaequalis, tam consanguinitatis, quam affinitatis extendi possit juris Naturæ doctrina deinceps: Quia (I) ex respectu parentali derivari possint ac debeant argumenta etiam reliqua omnia, qua alias pro gradibus jure naturæ prohibitis, cum ratione urgeri soleant, idemque respectus parentalis detur in omnibus illis gradibus, quos exhibuerit. Quia (II) si ipse respectus parentalis creaturæ vel ex generatione communi inter consanguineos, vel ex affinitate; Quia (III) qui per nuptias conjungantur, sicut maneantque una caro; Quia (IV.) sola illud nobis dicitante recta ratione, simpliciter repugnet, esse, & manere posse novercam vel socrum, et tamen etiam velle simul esse & fieri uxorem privigni vel generi, eo quod noverca dum erga privignum exercet officia parentalia, officia conjugalia praestare nunquam possit; Quia (V) in secundo gradu linea collateralis inaequalis maneat itidem adhuc respectus parentalis, quem admodum enim parentis & matris soror participant de sanguine parentum quod haud obscure indicatum sit Lev. XLIX. 12. 13. 14. & fratres ac sorores non solum dicantur unius carnis, sed & una caro. Gen. XXXVII. 27. ita etiam tam ad patrum, quam ad materteram ac amitiam referri debet respectus parentalis; Quia (VI) qualem reverentiam, quaqua officia, filius patris debet patrino suo, nempe filialem & filialia, eandem & cadas.

eadem quoque debeat uxori ejusdem, quippe que est cum ipsa una caro, Et ob hanc affinitatis propinquitatem, quam nemo non, vel sola dictante recta ratione, per facile intelligit, & videt, non possit eam in uxorem ducere: Cum semel atque iterum sit demonstratum, fieri omnino nullo modo posse, illa lege natura, ut quis characterem parentis, aut matris retineat indelebilem, officiaque ejusdem expletat, erga eandem, & si tamen ipsa ejusdem uxor simul, vel etiam ipse maritus. Monet & porro, nil juvare HOIERUM, quod Corinthius iste novercam duxerit vivo parente, quia puta respectus parentalis mortuo etiam parente obtinuerit; Longeque minus in potestate ipsius situm esse decidit, ut respectum illum in linea collaterali inequali habeat putatium, vel talem, qui omnino negligi possit & tolli, quia utrumque clarius evicerit falsum. Post ea tandem §. IX. p. 24. s. ex ipsis concessis Hoerianis, satis utiliter accipit, quod scilicet (I) nuptias in his gradibus ex sola ratione voluerit dissuasas, tanquam minus honestas & decentes, quas, qui contrahant, honestati omnino repugnant & sui exemplo aliorum incendant cupiditates, atque ita libidini indulgent, ut alii inde offendantur; Quod (II) videatur ipsum jus, quod naturalis dictat ratio, etiam Gentes docuisse, abstinendum esse a commixtione cum parentibus, aut ex se natis. Neque enim Gracis, neque Romanis, neque Egyptiis, sapientissimis populis, tales complexus fuisse licitos, utsi quo ex sola ratione didicerint aversari; Quod denique (III) nova illa sit opinio, quam sibi defendendam sumserit HOIERUS. Imo ne in quoquam deforet suo officio, §. etiam X. s. omnia tam- terse, judiciose pieque absolvit DN. D. KLAUSINGIUS, ut contradictionem vix metuentes, ad consummandum thema nostrum nunc plana jam via progrediamur.

## §. LVII.

Prohibentur itaque Lev. XIX. 7. nuptiae in primo gradu consanguinitatis in linea recta, inter patrem scil. & filiam, ac matrem & filium, addita respectu filii, emphatica illa ratione: Mater tua hec: Non revelabis nuditatem ejus; qualis & respectu filia sic formanda: Pater tuus hic: Non revelabis nuditatem ejus. Confer Ezech. XXII. 10. Illustri DN. THOMASIO Libr. III. Cap. III. §. 137. placuit hic ex verso 10. accipere rationem, quia nuditas patris est. & tunc adjicere hanc nobis omnino plenam & gratam explicationem: Es hat hiemit, wo ich nicht ir-

re, Gott als Gesetzgeber andeuten wollen, daß die Kinder wegen der Ehrerbietung die sie ihren Eltern schuldig sind, welche niemals unterlassen werden soll, vom Beyschlaß mit den Eltern sich enthalten sollen, weil doch Vater und Mutter, Vater und Mutter bleiben, ob schon die Kinder erwachsen sind, hingegen sollten sie sich aus Schamhaftigkeit von Blutschande enthalten, weil es vor eine grosse Unverschamtheit gehalten wird, wenn einer seine eigene Schande blößset. Nec tamen hoc usque nobiscum consentire voluit in hoc, quod inter reverentiam gentilium corribus inscriptam, & in Sacro Codice etiam exhibitam, nulla omnino quoad rem ipsum sit differentia; hinc etenim § 138. ratiocinatur: Wollan ich merke schon, was du haben willst, Nemlich du erinnerst dieses, daß ich im vorhergehenden Capittel die Ursachen der verbothen Heyrathen in gerader Linie, so von der Ehrerbietung und von der Schamhaftigkeit genommen periphrasen habe: Es ist wahr, aber ich habe sie nur unter dieser Einschränkung verworssen, weil diese Ursachen nicht demonstrativ beweisen, wen man von der Offenbahrung abstrahiret, daß dergleichen Heyrathen nach dem Gesetz der Natur verbothen wären. Darum hattestu dich erinnern sollen, daß wir jetzt mit den geoffenbarten Gesetzen zuthun haben, welche gleich wie sie über die Vernunftes was gebieten oder verbieten, also sind die ihnen begeglaute Ursachen über das Eingeben der Natur: Was aber über die Vernunft ist, daß ist deswegen nicht gleich wieder die Vernunft. Sed vero jam supra §. XXXVI. & seq. nos fere omnia, quæ huc facere vila sunt, absolvimus, hinc modo hoc nunc adiiciendum remur, quod Jus Naturæ per Scripturam revelatum, non sit aliud, quam illud ipsum, quod per naturam revelatum est; Quam vere siquidem id est juris naturæ, quod Gentiles moratores eudivinum agnoverunt, egerunt & tutati sunt; quod delinquentes adversus conscientiam disignavisse judicati sunt abs aliis, imo sic rem sehabere inviti etiam professi sunt ipsi scelerati; quodque tandem judices Gentiles amoliri, averruncare & penitus tollere sunt annisi; Tam vere etiam illud ipsum idem tale manet, etiam si per Scripturam copiosius, luculentius & citra omnem contrarii metum, id exhibeat, explitetur imo illustretur. More suo, hoc est judiciofissime, observavit Illustris DN. REINHARDUS, in Theatro prudentia elegan-  
tioris.

tioris, ad Praefationem II. num. 7. quod haudusque quoque conve-  
nire videatur multis Sacra Scriptura ad hoc ævum; hinc etenim  
commentatur: Sat scio, inquit Savedra, libros ejusmodi, qui  
de ratione status tractant, truncis aut statuis (Hispanis Estafer-  
mos) esse similes, quas in hastiludis omnes lanceis impetunt,  
omnes feriunt, Praefat. Symbol. Polit. prefix. La politique moderne,  
ait Amelotus, ne s'accorde guere avec celle des Rois d'Isra-  
el & de Juda -- Ajoutes a cela ce que dit Thucidide. Hist. Liv.  
I. que la Politique a ses modes & que les Nouvelles font tou-  
jours les meilleurs, parce que les hommes vont selon les  
tems & se rafinent tous les jours. Or est il que les affaires du  
monde ne roulent, que sur des maximes humaines, & per con-  
sequant il faut s'accommode a l'esprit de son siecle, en ce  
qui concerne le gouvernement temporelle. dans la Praeface, sur  
son Tibere. Ob hanc rationem Virgilius Malvezzi a nonnullis  
notatus est, quod, ad usum politicum demonstrandum, Sa-  
cram Scripturam & Patrum Scripta in suo Commentario ad  
Tacitum saepius allegaverit, quæ tamen cum hodierna politi-  
ca nullam, aut plane exiguum haberent conformitatem. Ve-  
ra nullam, aut plane exiguum haberent conformitatem. Ve-  
rum statim postea adiicit: Dissentit Don Pio Mutio. Praefat Se-  
cund. Comment. Tacit. cui caleulum pariter suum addit Miner-  
va illa gallica Jocoba Guillaume, insuo eruditissimo Tractatu,  
inscripto: Les Dames illustres. ubi inter cetera scribit: Que  
toutes les sciences se trouvent dans la sainte Bible, in specie  
vero, quantum politicam adint, docet illa: La Politique se,  
voit dans le Pentateueque, l'Histoire dans les livres de Josue,  
des Juges, de Rachel, des Rois, du Paralipomenon, de Ju-  
dith, d'Ester, & des Machabees. Fol. 421. Sacraenim Historia  
ut legia quovis debeat, ita non minus ac profana suggerit,  
quæ ad civilem prudentiam veram instruendam faciunt. Nam  
quo elogio TULLIUS 2. de Orat. 9. profanam ornat, quod sit  
magistra vitæ; eo certe non defraudanda est sacra, a divinis  
olim viris consignata historia. Sane ad hanc jure meritoque  
accommodari potest quod LIVIUS habet in Praefat. & POLY-  
BIUS, init. oper. scribit DN. ADAM RECHENBERG. Dissertat.  
II. De stratagemat. polit. inscript. sacr. Observat. Part. II. §. 5. fol. 29  
Ob quam causam LIPSIUM Levinus Torrentius gravissima ele-  
gantissimaque Epistola hortatus, ut ex sacrarum literarum  
potius

potius disciplina, quam Gentilium Stoicorum placitis morum doctrinam efformet. *Decad. XIIIX. Epistol. Lips. in Centur. omisiss.*  
*ac a Jo. Isaaco Pontano. Hardevici 1621. fol. 129. sequ.* Meminit GABRIEL NAUDÆUS, in *Bibliographia Politica, Libri Parisis editi*, in quo vernacula lingua *Politica MOSIS explicabatur*, tanta profecto exactissimi judicii copia ac sententiarum luce, ut quilibet emundatæ naris Politicus nunquam melius temporis rationem, quam in ipsius diligentie lectione collocare possit. *Cap. V. num 23.* Jam vero cum haec omnia solida sint ac bona, quid ergo videretur *III. DN. THOMASIO*, si quis hanc consequentiam formaret: Quæunque historica, politica, & sic porro, apud profanos leguntur, ea, dum & in Sacro codice reperiuntur, aliam formam induunt & non amplius illa sunt, qua apud profanos scriptores obvenerunt? idem esto iudicium de capitibus *Juris Naturæ*, eo ipso siquidem, quo legitur *Sancti Codicis scriptis*, non aliquid mandant aut vetant, quod est supra rationem, aut talia, quæ sunt supra revelationem per naturam factam & cordibus hominum inscriptam. De Mysteriis autem solummodo valet, quod eadem equidem sint supra, non vero contra rationem.

### §. LVIII.

Quæ hactenus de parentibus ac liberis dicta sunt, eadem & jure naturæ obtincent in *nepotibus*, imo in *infinitum*, id quod peculiariter adhuc docetur *Lev. XIIIX 10.* ubi haec sententia lata: *Nuditatem filio filitiui, aut filia tue, (quod attinet) non revelabis nuditatem eorum; quia nuditas tua illa sunt.* Ratio igitur hic manifestissima est de sanguinis confusione, quia puta cum avo sunt una caro. Si & de nepotibus, quod omnino fieri debet, causa ipsa examinatur, tunc ea ipsa reddit: quia mater tua est; Matris & tunc respectus, aut erit physicus, prout sanguinis necessitudine nepotibus juncta est, vel moralis, prout ipsa certa reverentiae officia sunt exhibenda. Si priorem presupponis, idem est rationis hujus sensus, acsi diceres: Nuditas matris est nuditas filii, qui pars viscerum illius fuit & ex ejus sanguine cualuit, eodemque tendit ratio neptis prohibitæ. qui ex avisanguine saltem mediate fuit excitata. Sanguis vero ex Sanguine in infinitum ducitur. Si vero ad officia respexit, nempe ad reverentiam parentibus debitam, ea in remotione.

( e )

tioribus gradibus non definit, sed quoties cunque ad ulteriore gradum ascendimus, magis intenditur & duplicatur. Ade quod parentum nomen, vel omnes adscendentes in infinitum vel parentes primi gradus tantum denotet; posteriorem significatum respuit prohibitio, & quominus priorem admittamus, nulla adjuncta restriktio impedit. Solide ea propter III. DN. THOMASIU*s* docuit I. c. §. 141. s. Die Bedeutung im engern Verstande aber schickt sich nicht hieher, einmahl weil disfalls alle Christliche Ausleger übereinstimmen, daß die Elter-Vater und Ihr-Erster-Vater in diesen Verboth mit begriffen seyn; Zum andern, weil dasjenige, was Gott von der Tochter Tochter hinzugesetzet, aus Nothwendigkeit der relation erzwinget, daß unter dem Wort, Vater, auch der Groß-Vater begriffen werde. Darin folget daraus, daß Gott auf den weitläufigern Verstand gesetzen habe. Zum andern beweise ichs aus der Ursach des Gesetzes, du magst es gleich nach unserer Auslegung betrachten, oder an den worten kleben. Den deine Groß-Mutter ist auch im gehenden Grad deine Mutter, weil du aus ihrem Gebüth gehobhen bist, und die Scham deiner Nüffel, wenn sie gleich auch im gehenden Grad ist, ist auch deine Scham, weil auch diese deines Gebüths theilsthaftig ist. Je weiter du nun in der aufsteigenden Linie körpft, je grossere Ehrerbietung bist du deinen Voretern schuldig, weil denselben, auch alle die da zwischen seyn, Ehrerbietung zu erweisen schuldig sind, du aber auch allen die da zwischen seyn, Ehrerbietung schuldig bist. Und je höher du aussiehest, je grosser Ursache der Schamhaftigkeit findest du, als welche an der Ehrerbietung hanget. Parum hic facient exorbitantes illæ opiniones, quod *Jus divinum in linea recta ultra primum gradum non procedat, reliqui vero autoritate Ecclesia prohibiti, sine dispensabiles.* Vid. PROSPER FAGNANUS. in Comment. ad cap. 5. X. de consangu. & affinit. n. 10. Quod secundus demum gradus *Jure Divino prohibitus sit.* Vid IMMAN GONZALEZ. ad l.c. Quod qua *Jus divinum non ultra quartum gradum procedendum sit.* quia alteratio sanguinis propter admixtionem sanguinis peregrini, post gradum quartum tanta sit, ut vel nihil, vel saltē pars trigesima secunda, temperamenti atavorum remaneat. Vid. SANCHEZ apud BROUWERUM L. 2. c. 9. n. 7. Quod post gradum viceustum nuptia in recta linea non prohibeantur. de quibus FAGNANUS d.l.

M

scili-

scilicet his relegatio ad annos nonaginta novem non erit perpetua, sed temporaria, nec abnuent diem solutionis debitoribus suis præfigi ad ultimas nundinas. Vid. DN. D. GEORGII BEYERI. *Dissertatio De Dispensatione circa matrimoniorum intragradus consanguinitatis & affinitatis prohibitos.* §. LV. Tutius autem ac firmius nunc ex rationibus Juris naturæ huctenus defensis, FILIUS propter consanguinitatem in linea recta *ascendi*ti non ducet matrem, nec aviam tam respectu patris quam matris, nec *proaviam*, nec *abaviam*, nec *ataviam*, nec *tritaviam*, nec *majorum* quamque. FILIA non nubet patri, avo, proavo, abavo, tritavo aut *majorum* cuiquam. PATER propter consanguinitatem in linea recta *descendi*ti, non ducet filiam, neprem, proneptem, abneprem, atneprem, trineptem aut posteriorum quamque. MATER non nubet filio, nepoti, pronepoti, abnepoti, atnepoti, trinepoti aut posteriorum cuiquam.

## §. LIX.

Et hæc sufficient de incestu in linea recta, cujus horridum scelus docuit & arguit Jus Naturæ, velut hoc divino suo calculo confirmavit Sacer Codex. Sunt etenim (scribimus hæc ex Incomparabilis Polyhistoris & magni Theologi, DN. D. JO. ALBERTI FABRICII, Delectu Argumentorum & Syllabo Scriptorum, qui veritatem Religionis Christiane lucubrationibus suis asserturunt, Cap. XLII. §. III. p. 688.) justitia atque equitatis fontes aeterni & immutabiles quadam ac sempiternationes, & quemadmodum paritas & imparitas in numeris, ita equitas in moribus & iniquitas secundum aeternas in Numinis Ideas aeterna ac necessaria veritate intercedit: Ut vero poenis hec sit obnoxia, illi præmia proposita sint, unice a DEI Rectoris legi dependet, quam natura & ratio exponit, ac veluti promulgat in omnium mortalium conscientia, & quo magis sint inexcusabiles homines, Filius ipse DEI usque quaque in orbe terrarum per Apostolos suos ac verbi precones repeti denique promulgari, explicari, novisque argumentis suaderi jussit: De DEO ipso autem longe plenius ac perfectius nos insinuit, exposuitque fidei salutaris rationem & corrupta natura nostra miseriam & reparationem rationi atque naturae per se profusa incognitam. Nam licet fidem habendam DEO esse iuber haue dubie ratio; tamen de voluntate DEI circa salutem nostram per fidem in CHRISTUM DEI Filium nihil plane illi per se constabat: sic licet ratio etiam pulchre videt, quod multi Gentium quoque agno-

vere Philosophi; appetitus vitiosos in homine & cupidines insatiabiles & indomitas, magna esse mala: Tamen horum nec originem nec altitudinem nec quod caput est, efficacem atque salutarem a Gratia DEI per CHRISTUM curam ac medelam satis intellexerunt. Spectant huc WEIDENERI Differt. due. de Jure Natura, non ex natura & ratione, sed ex sacris literis a priori apodictica ratione cognito & deducendo.

§. LX.

Siquid & valerent testimonia, ac consensus Celebrium eruditorumque Virorum, tunc multa cum gratitudine ac colophonis instar adjicimus III. DN. J. B. DE MOHR exasciatisimam ratiocinationem, quam hujus thematis gratia, publicavit, in dem Ober-Sachsenischen Kirchen-Rechte Libr. III. Cap. III. §. XXVII. p. 686. s. & his quidem verbis: Es hat der grossen Gott bey dem Verboch der allzunahen Bluths-Freundschaft gewiss seine heiligen und weisen Ursachen gehabt; Und wenn wir der Sachen ein wenig nachdencken, so finden wir, daß dieses Verboch mit dem natürlichen Recht sehr wohl übereinstimme. (1) ist unter solchen Personen eine unität und ein Blut. Lev. XIIX. 10. welches die zarteste Liebe beweiset, die sie gegen ein ander haben. So unmöglich es nun ist, daß man mit sich selbst concubiren kann, so kann man von dieser impossibilitate physica auf die impossibilitatem moralem gar wohl folgen, weil solche eben so wohl daraus herstosset, als die verbotheene Verlezung seines nächsten aus der socialitat. V. Cap. II. TITII De incestu polygamia, & divorcio jure naturali prohibitis. (2) Würden die Ehebrüche, und die Hurerey noch vielmehr vermehret werden, in dem solche Bluts-Freunde besammen wohnen, mit einander familiar umgehen, und stets Gelegenheit haben, bey einander zuseyn. (3) Gereicht es zur Erhaltung und Vermehrung des ganzen menschlichen Geschlechts, daß fremde Familien mit einander alliiret werden und abhorrierte es gewiss von der menschlichen Societät, wen die kaum angefangene Bluths-Freundschaft und Verwandschaft alsbald wieder zurück treten sollte. (4) Würde es in Politicis sehr große Unordnung erwecken, wenn dergleichen Heyrathen zulässig wären, was niemand nicht da vor factiones entstehen, wie würden vollends nicht diejenigen, die sich durch solche Heyrathen mächtiger machen, die andern unterdrücken; Manschet es, wenn an einigen Höfen oder in einigen Raths-Collegis gewisse Familien

durch Heyrathen, Bluts-Freundschaften und Schwagerschaften sich mit ein ander aliren, wie die grössten Chargen, die beste Einkünfte und Bequemlichkeiten, auf ihre Söhne, Vettern, Schwieger-Söhne und Schwager transferirit werden, und wie sich denn andere, die nicht zu ihrer Freundschaft gehören, wenn dergleichen Leute alleine das Heft in Händen haben, vor ihnen duscken und schmiegen müssen, und nichts bekommen, als was die andern nicht haben wollen, oder doch mit langer Zeit, grosser Noth und vielen Mühe. Wären nun nach göttlichen und weltlichen Rechten solche Heyrathen in die nahe Bluts-Freundschaften zulässig, was würde nicht von Ungleichheit in dem gemeinen Leben daraus erwachsen, die dem Landes-Herrn und seinen Unterthanen sehr beschwerlich wäre, und grosse Unruhe erwecken könnte. Das meiste Geld würde nur stets an gewisse Familien kommen, und bey denselbigen bleiben. Wäre die Frau tot, so nähm der Mann seiner Frauens-Schwester, oder seine Schwiegermutter. Da über dieses bisweilen der Gehorsam und Befehl, bisweilen die Bekanntschaft und Vertraulichkeit, ofters auch die Hoffnung zur Erbschaft dergleichen Heyrathen facilitieren würde, so würden einige Familien lange Zeit nach einander in Flor und Ansehen bey Gelde und Einkünften stehen, und ihren Reichthum und Macht andern zum präjudiz missbrauchen, andere hingegen würden verachtet und untergedrückt bleiben, hierüber würden die andern diese bereden, und ihnen auch so viel als möglich zu schaden suchen, und also hiедurch nichts als Zwistigkeit in dem gemeinen Leben entstehen. (5) Werb man auch keinen rechtmässigen Endzweck zu nennen wissen, warumb dergleichen Ehen zu erlauben wären, indem die Erhaltung des menschlichen Geschlechts durch fremde Ehen gar wohl befürdert werden kann, und die Weibes-Personen zu keinen Zeiten so rar gewesen, daß man nothwendig seinen nächsten Bluts-Freunde zu Ehegatten hätte erwehren müssen. Tantum,

S. D. G.



65 717

AB: 65717

X 2290245

VD 17







DE  
**INCESTU**  
IN  
**LINEA RECTA,**  
*ADVERSUS*  
**NOVATURIENTIUM**  
**OFFENDICULA**  
*Sub Auspiciis Divinis*  
*ET*  
CONSENSU SUMME REV. THEOL. FACULTATIS,  
sobrie ac pie  
ratiocinatur

**JOHANNES JOACHIM**  
**WEIDENERUS,**  
S. S. THEOL. D. EJUSDEMQUE P. P. O. FACULTATIS SUÆ  
SENIOR ET AD DIV. MARIAE PASTOR.



ROSTOCHII,  
Typis NICOLAI SCHWIGEROVII, Ampliss. Senatus Tipogr.